



Praxis Avrea Qvotidianarvm Rervm Ecclesiastici Fori

In qua Variæ Iuridicæ Resolutiones ex approbatis traditionibus Doctorum,
atque diuersorum Tribunalium, præsertim Rotæ Romanæ, Decisionibus,
excerptæ, continentur; Opvs Qvatvor Partibvs Distinctvm

Continens Primam, & Secundam Partem: Quibus, hac nostra editione ab
innumeris mendis repurgata ...

Riccio, Giovanni Luigi

Venetiis, M.DC.LXXIV.

Praxis Poenarvm.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98587](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98587)

de iure dot. conclus. 1. num. 18. Pedem. decif. 142. num. 5. versic. 3. quando. Menoch. consil. 24. num. 2. lib. 1. Ratio manifesta est, quoniam quoad reatum periurij iuramentum est personale. Parif. consil. 75. num. 23. lib. 3. adde Cagnol. in l. si quis maior num. 206. C. de trāfāct.

Non est necessaria absolutio in iuramento erroneo, Menoch. in consil. 24. num. 7. lib. 1.

Absolutio concessa ex falsa causa tenet, extat decif. Rotæ 7. de sent. ex comm. in nouis, Caputaq. 1. par. 1. in impressis, quæ habentur in manuscriptis decif. 110. incipiens, absolutus ex falsa causa lib. 1. quod ex falsa causa absolutus sepe remanet absolutus, & absolutio tenet, proinde quæst. ipsa nõ eget vteriori discussione.

Non est necessaria absolutio, si præstitum est iuramentum in casibus, quibus de iure nõ ligat. Cardinal. in consil. 35. num. 1. in fine vers. ad secundum facili.

Necesse est petere absolutionem si iuramentum est temerarium, Anchar. in cap. cum quidam num. 5. & 6. de iureiurando.

Moroso non implenti medio iuramento promissa, & consequenter periuro, petenti absolutionem à iuramento, non est concedenda secundum Bero. con. 155. num. 31. lib. 1. verum oppositum verius existimat. Mácin. de iuramento part. 6. quæst. 30.

Absolutio à iuramento potest impetrari sine mandato, cum sit gratia, & potest concedi absenti, & ignorant Felin. in cap. 1. de iureiurando, debet tamen sequi ratificatio, quæ debet fieri in tempore Roman. consil. 427. Miles in repertorio in ver. Ratificatio. Prax. Archiepisc. cap. 4. num. 11.

Absolutio à iuramento non est concedenda quando tempus ita imminet, vt periurium incurratur secundum Neuzan. consil. 23. & Afflic. decif. 31. qui refert Curiam Archiepiscopalem Neapolitanam non esse solitam concedere absolutionem à iuramento nisi supersint viginti dies termini solutionis, quæ obseruātia hodie cessat, cum per eandem curiam concedatur, etiam si vnus dies termini superesset.

Finis tituli Præxis Absolutionis à iuramento.

P R A X I S P O E N A R V M.

R E S O L V T. CCCXI.

Pœnam pecuniariam an possit Episcopus suis clericis imponere.

- 1 Prælati potest clericis pœnas pecuniarias imponere.
- 2 Potest etiam Episcopus pœnas pecuniarias sibi applicare.
- 3 Episcopus quoque debet pro euitanda auaritia suspicionem pecuniariam pœnam conuertere ad pios vsus.



In hac quæstione continuo tres conclusiones.

Prima sit conclusio, posse Prælati suis clericis pecuniariam pœnam imponere, & hæc est communis opinio secundum Panormitan. & reliquos in cap. vt clericorum num. 10. de vita, & honestate clericorum, Vgolin. de potestate Episcopi cap. 56. n. 5. part. 2. Baiard. quæst. 80. in principio, Iaffred. Bald. dec. 63. Cephal. conf. 30. num. 4. volum. 1. Artamā. conf. 21. & Peregrinus de iure fisci lib. 1. cap. 2. cuius conclusionis vera ratio est, quoniam hodie Episcopi de generali consuetudine habent fiscum, vt scribit Paninus quæ refert Diaz in pract. crim. canonica c. 134. num. 2. vbi in cap. 124. in fine dicit hanc opinionem esse veriorē, & consuetudine roboratā, & hanc etiam opinionem esse vsu comprobata te-

Aloys. Ricc. Prax. Pars I.

statut Felin. in cap. irrefragabili §. 1. num. 11. de officio ordinarij, Viuius qui de communi pariter testatur in opinione 255. & Clarus in quæst. 80. num. 5.

Quam conclusionem intelligas tunc esse clericum pœna pecuniaria puniendum, quando id fieret correctionis zelo, præsertim vbi ea magis timeretur quam corporalis glos. in cap. licet, vbi Panormitanus de pœnis, Follerius in pract. crim. canonica cap. 133. num. 26. Vrsillus ad Afflic. decif. 49. nu. 3. Coler. decif. 40. & secundum Quar. nouissimè in summa Bullarij in verbo pœna pecuniaria, tamē debet adhiberi cautela, ne in illa imponēda modus excedatur, sed personarum conditio, & delicti qualitas attendatur, Hostiensis in §. quid pertinet in summ. de officio ordinarij.

- 2 Secunda sit conclusio, potest Episcopus pœnas pecuniarias sibi applicare, vt dicit Bald. in auth. bonæ damnatorum lib. 2. C. de bonis proscriptorum Anan. in cap. excommunicatus in principio num. 9. de hæreticis, Angelus de maleficijs in verbo eius bona n. 30. Barbatia conf. 22. n. 12. vol. 3. Gomez super l. 7. Tauri n. 75. Franc. Marc. decif. 339. num. 12. part. 1. & hanc opinionem dicit communem Couar. lib. 2. var. resolut. cap. 9. num. 11.

Amplia procedere etiam si cōtra laicos lata sit, vbi delictum Ecclesiasticum commissum est ab ipsis, ita Diaz c. 145. Sbroz. lib. 2. de Vicario Episcopi q. 80. Guido Papa consil. 23.

- 3 Tertia, & vltima sit conclusio, licet hæc omnia possit Episcopus, tutius tamen esset, ac honestius pro euitanda suspicionem auaritiæ pecuniariam pœnam deputare ac cōuertere ad pios vsus, ita Hostiensis in citato §. quid pertinet de officio ordinarij, Panorm. in cap. licet de pœnis, Felin. in cap. irrefragabili de officio ordinarij, Couar. citato loco n. 13. & Clarus citata quæst. 80. num. 5. vnde Concilium Tridentinum sessione 25. de reform. cap. 3. præcipit, vt multæ pecuniariæ eo ipso, quod exactæ fuerint, pijs locis assignentur, & sacra Cōgregatio Concilij Interpres censuit, de ipsis Episcopis nec posse portionē aliquā assignare Vicario pro sua mercede, & minus Cameræ Episcopali, nõ obstante contraria consuetudine, etiā in minima parte ex eiusdē Sacre Cōgregationis sententiā, de qua testatur Sbroz. in addit. ad q. 143. lib. 2. de offic. Vicar.

Limita vbi Episcopatus admodū pauper esset, tunc ne eas sibi assumere potest secundum DD. citatis locis præsertim in cap. irrefragabili, & ratio est, quia prima charitas incipit à se ipso l. præses C. de seruitutibus, & aqua, & ita annis elapsis, fuisse declaratum per eandē Sacram Concilij Tridentini Cōgregationem affirmat Andr. Mossel. in commētar. ad consuetud. Neapol. p. 4. quæst. 64. sub num. 24. Hinc est, quod obligatus facere eleemosinam nomine alterius, potest sibi ipsi illam facere, si est in necessitate, Felin. vbi supra, & Armil. in summ. in verbo eleemosinæ num. 3. & obligatus ad restituendum pauperibus potest sibi retinere tantam vni ex pauperibus. Nauar. in manuali cap. 7. num. 91. & in consil. vnico de mendicantibus validis, quare licet Inquisitores pœnas pecuniarias non possint sibi retinere, sed in pios vsus conuertere, permittetur tamen eis pro necessitate, & vtilitate officij retinere.

Quicquid tamen sit in omni casu est consulenda sacra Cōgregatio explicādo ei redditus, & onera Episcopalia.

R E S O L V T. CCCXII.

Qua pœna puniatur Sacerdos eodem die duas Missas celebrans.

- 1 Sacerdos non habens legitimam causam celebrandi duas missas, acriter puniri debet.

P 2 In

IN facti contingentia dicebam, quod cum Sacerdos hic, de quo verba facimus, non habebat legitimam causam celebrandi duas Missas, proinde veniebat acriter puniendus, ex veriori Doctorum sententia asserentium esse prohibitam celebrationem plurium Missarum eodem die, per cap. sufficit de cons. dist. 1. & cap. consuluisti de celebr. Missal. ita Archid. & Card. de Turrecrem. in d. cap. sufficit Angelus in verb. Missa num. 46. Sil. in verb. missa, el. 2. num. 7. Nauar. cap. 25. num. 87. M. noch. de arbit. cent. 5. casu 407. qui alios refert.

Et inter legitimas causas ultra sacratissimam Noctem Natalis Domini connumeratur etiam secundum aliquos causa subsidij, ut in casu incapacitatis loci, id est si esset Ecclesia parva, & populus frequens, vel in magna Sacerdotum penuria, vel quando quis praestitit duas Ecclesijs vnitis, indigentibus duabus missis in quibus consistit cibis spiritualis ministrandus parochianis, sicut est contra illi in subsidium parochi tenentur ad cibum temporalem, nec est in eo loco alius qui celebret, tunc enim duas missas etiam extra Sanctissimum Natale Domini Nostri Iesu Christi impunè celebrare per missum esse affirmant venerabiles Patres, sicuti necessitate urgente potest quis dicere missam in loco non sacro c. consuluisti, ubi glossa de celebrat. miss. c. sufficit de consecrat. dist. 1. Nauar. in Manuali cap. 25. nu. 87. iuncto cons. 4. n. 5. & cons. 9. de celebr. missal. lib. 3. summa Syluest. tit. de missa in quantum ad celebrationem part. 2. ubi vnde cum casus referuntur, quibus praeter diem Natalis Domini possunt tantum duas missas celebrari; ita tamen, ut Sacerdos secundum Missam celebrans in priori purificationem non suscipiat, & sit omnino ieiunus, Nauar. d. c. 25. nu. 88. summa Syluest. loco annotato versic. 3. quando, Thesaur. for. Eccles. part. 3. cap. 35. num. 64.

Hodie tamen cautius agendum est, neque ita facile admittuntur in supradictis casibus ad celebrationem plurium missarum presbyteri potissimum suspecti, veluti parum docti, & pauperuli, ut tradit Sot. 4. sent. dist. 13. q. 2. col. 5. Diaz pract. crim. c. 35. ideo abstinendum esse a celebratione duarum Missarum laudat Thesaur. fori Eccles. loco praedicto n. 64. in fine Durand. in rational. diuin. lib. 4. cap. 1.

Quare cum praefatus casus pluries accidisset in Curia Archiepisc. Neapol. in persona cuiusdam Sacerdotis, qui extra supra citatos casus eodem die plures missas celebrauerat, fuit per eandem curiam imposita poena triennium per triennium, & suspensionis a celebratione Missae de cuius decisione mirandum quippe non est, quoniam secundum Diaz in pract. crim. cap. 35. potest iudex pro facti qualitate, & populi scandalo poenam, quam sibi malit plures missas eodem die celebrantibus infligere, & ita etiam voluit Maiol. de irreg. lib. 3. c. 15. num. 6. Menoch. in addit. ad 2. lib. de arbit. iudic. casu 407. Henric. consil. 83. num. 5. & seq.

RESOLVT. CCCXIII.

Qua poena puniatur clericus sodomita.

- 1 Referuntur variae poenae sodomitae.
- 2 Sodomia committitur etiam praepostera venere mulieres cognoscentes.
- 3 Sodomia poena an locum habeat per vnicum actum.

IN hac quaestione respondendo considerabam, quod licet de iure sit poena mortis, tam in agente, quam in patiente, iuxta tex. in l. cum vir nubit in foeminam c. de adulterijs, & est communis conclusio, ut dicit Soc. iun. in cons. 7. n. 3. vol. 1. Ant. Gomez. sup. l. 80. Tauri num. 32. & quamvis tex. ille, videatur imponere poenam gladii, id est amputationis capitis, tamen de consuetudine est quod sodomitae igne comburantur, & di-

cit Angel. in d. l. cum vir nubit in foeminam, quam refert Aff. ict. super 3. part. consil. Regni rubr. 42. in principio post num. 13. pract. Iodoc. cap. 96. nu. 12. & ita in facto pluries seruari vidit Clar. in §. sodomia num. 52. & Bomb. in consil. 65.

Circa tamen materiam, & poenam istius nefandi criminis contra naturam, tam de iure civili, quam canonico vide Doct. in cap. clerici extra de excess. Pralat. Aret. de malefic. che hai adulterato la mia moglie, n. 53. & 54. Bonifac. in tractat. malefic. rubr. de adulterio n. 10. & seq. car. 391. & rubr. de raptor. nu. 4. & seq. Lancell. Conrad. de offic. prator. rubr. de sodomia Liber. de iure patron. lib. 2. art. 18. qu. 9. in prima parte, Maiol. de irreg. c. 33. lib. 5. latissime Iodoc. in pract. crim. rubr. de peccato contra naturam, Bermö. in tract. de publ. concub. rubr. de peccato sodomia num. 33. & seq. & 37. Plot. consil. 50. lib. 1. Mant. consil. 127. lib. 1. Sotus consil. 32. lib. 4. vol. 2. Bertazzol. consil. 71. num. 63. 64. 65. 66. & ibi apostilla lib. 1. crim. Diaz. pract. crim. tit. Nefandi criminis c. 80. Clar. pract. crim. §. sodomia col. 1. Aller. alleg. 1. Decius consil. 83. Nonius consil. 104.

Vbi clericus priuatur omnibus beneficijs, suspenditur ab ordinibus, & detruditur in perpetuos carceres, & non potest promoueri ad alios ordines sine dispensatione, & sit irregularis, si celebrat post hoc delictum commissum, etiam quod sit occultum secundum Follet. in pract. crim. de sodomia Clar. pract. crim. §. sodomia col. 1. vers. item clericus, Maiol. d. c. 43. lib. 5.

De iure vero nouissimo per Bullam Pij V. sanctum est, quod clerici exercentes sodomiam debent tradi Curiae seculari, ut moriantur, & omni privilegio clericali, officio, omni dignitate, beneficio Ecclesiastico ipso iure priuati sint exercentes tale facinus, vide Nauar. cap. 27. a. num. 248. Couar. de spons. 2. par. c. 7. §. 5. num. 7. & impedit ordinis executionem, Staphil. fol. 140. n. 5. ratio vero cur priuatur beneficio est ob grauitatem criminis cap. mulier. 15. q. 1. & quae allegat Rebuff. de mod. amit. benef. num. 38. quod tamen limita, & intellige, iuxta notata per Nauar. in Manuali c. 27. nu. 249. ubi refert partem Bullae Pij V. & quod degradatus per Iudicem Ecclesiasticum tradatur Curiae seculari vide Diaz in pract. crim. canon. c. 86. vide c. clerici de excess. Pralatorum cap. flagitia 32. q. 7.

2 Amplius primo procedere non solum in clerico sodomita masculorum concubitore, sed in eo, qui foeminam praepostera venere cognouerit, cum in hoc casu sodomia proprie committi dicatur sicuti praeter alios voluerunt Afflict. in consil. Regni legum asperitate lib. 3. rubr. 42. nu. 13. Clar. qui de communi opinione attestatur in §. sodomia, ubi retulit per Senatorem fuisse combustas, tam ipsas mulieres, quam viros, qui ad eas praepostera venere accesserant, refert Gomez. super l. 80. Tauri num. 83. quod in oppido Talaure fuit combustus quidam, qui propriam uxorem contra naturam carnaliter cognouerat, quibus omnibus addo Menoch. de arbit. iud. lib. 2. casu 286. nu. 5. & in addit. ad eundem casum num. 40. Couar. in epitome de sponsal. & matrimonijs part. 2. §. 5. num. 7.

Nunc limita procedere tantum in Clerico habente copulam sodomiticam, quae non alias consumari dicitur, nisi intra vas contra naturam semen effunderetur argumento text. in cap. fin. de spons. & ita declarat Nauar. ubi supra, quem sequitur Lopez ad Diaz in d. c. 86. & Rodriq. tam in summa, quam in tom. 1. qu. reg. quaest. 30. art. 18. Vgol. in tract. de irregular. cap. 43. §. 3. nu. 4. secus autem si extraordinariam pollutionem cum puero haberet, quamuis inter actus sodomiticos computetur.

3 Limita secundo procedere tantum in eo, qui quasi ex usu continuo talem actum exerceret, & hoc probatur per illud verb. exercentes positum in Bulla, ita Nauar. in Manuali cap. 27. num. 249. Nouissim. in praxi c. 67. A. dicit.

67. Addit. ad Quarant. in summa Bullarij in verb. sodomia reiecta opinione Salzedi ad Diaz dicto c. 86. contrarium asserentis.

RESOLVT. CCCXIV.

Quenam pœna exequi debeat inter plures, à diuersis Iudicibus inflictas.

- 1 Iudicibus diuersas sententias proferentibus attendi debet sententia in minori summa.
- 2 In pœnis benignior pars est interpretanda.

1 **Q**uia sapissimè euenit, quod inter pares Iudices numero faciliè dissentitur ad tex. in litem si vnus §. propter ff. de arbit. & natura hominum prona est ad dissentiedum l. quia poterat ff. ad Trebell. c. super literis de re script. glos. in cap. fin. 63. dist. & Cagnol. in l. 2. n. 163. ff. de orig. iur. iux. illud, quot capita tot sententia. Quare cum per Iudices Curia Archiepiscopalis quandoque eueniat diuersas pœnas inferri, ea propter fuit dubitatum, quid esset faciendum; in primo casu dicebant aliqui, in criminalibus humaniorem interpretationem accipiendam esse ad tex. in cap. odia de reg. iur. in 6. & tex. in l. in pœnis ff. eod. tit. ubi in pœnis, benignior est facièda interpretatio, & in obscuris minimam pœnam exigendam ait tex. in l. in obscuris ff. eod. tit. & propterea dicebatur in casu, de quo agebatur, in minorem pœnam Dominos Iudices inclinasse l. diem proferre §. si plures arbitri ff. de arbit. ubi querit ibi Iur. consultus, si ex tribus arbitris vnus in quindecim, alius in decem, tertius in quinque cõdemnet, cuius sententiæ stetur, & Iulianus scribit quinque debere præstari, quia in eam summam omnes consenserunt, & subdit glos. nam maiori summæ minor inest. l. inter pares ff. de re iudic. & ibi Ias. & tex. in c. 1. de arbit. in 6. Surd. conf. 472. nu. 73. vol. 3. Roland. conf. 132. vol. 1. Alban. conf. 60. n. 4. & seq. Lanfranc. de arbit. q. 12. Laderch. conf. 173. vol. 2. hinc Mastrill. in decis. 183. voluit, quod si ex sex Iudicibus duo pecuniariam sententiã pronũciant, duo autem in exilium mittunt, duo tandem capitis damnant, non vtiq; media, quæ est exilij, sed minima sequenda est, quoniam non sunt plures, qui capite, vel exilio condemnant, quam qui pecunia, nõ inquam grauior eligenda, quia mortem infligit, nec media, ex eo, quia iam fuit exclusa grauior, sed illud restat, vt relatio fiat inter mediam, & minorem, & ita etiam voluit text. in c. 1. de arbit. in 6. de cuius intellectu plura per Garz. in tract. de expens. cap. ult. nu. 8. & Alber. Galeot. in sua marg. c. 12. nu. 9. p. 4. Alcia. l. 9. Pareg. c. 14. dicens in criminalibus humaniorem interpretationem accipiendam esse, licet ipse mediam opinionem accipi debere arbitretur, quem impugnatur Cuiac. lib. 2. obseruat. cap. 16.

RESOLVT. CCCXV.

An pœnam impositam delinquentibus per sententiam Vicarij, possit Episcopus mutare, seu vulgo aggratiare.

- 1 Pœna semel dicta amplius ea reuocari non potest.
- 2 Non potest Episcopus vti Index sententiam ab eius Vicario latam reuocare.
- 3 Sententiæ mutatio regulariter, siue additio, siue diminutio, est prohibita.
- 4 Non potest Index conuersam pœnam pecuniariam in corporalem, pœnam pecuniariam exequi & corporalem dimittere.

1 **H**ic disputationi respondi negatiuè ex pluribus. Primo, quia pœna semel dicta amplius reuocari.

Aloys. Ricc. Prax. Pars I.

cari non potest l. pœnam C. de pœnis l. si operis C. eodem facit text. in l. diui ff. eodem tit. de pœnis.

2 Tum secundo, quia cum Episcopus, & Vicarius faciant vnum, & idem Tribunal cap. Romana de appellat. in 6. cap. non potest de cõsuetudine eod. lib. igitur nõ potest Episcopus vti Index sententiam ab eius Vicario latam reuocare ad tex. in l. Index postea quã ff. de re iudicata cum similibus, Sola in constitutione Sabaudia in titul. de falsis glos. vltima nu. 11. Beatius de inope debitore cap. 18. nu. 5. ubi post Felin. Iason. & Tiraquell. voluit quod Episcopus, & sic Index ante sententiam potest reuocare sententiã ex causa, secus post, quibus addi possunt, quæ in hac materia scripsit de Franchis in decis. 398. quare in pretorio Pedemontan. fuit dictum, quod cum Senatus ille sit loco Principis propterea potest post latam sententiã commutare pœnam pecuniariam in corporalem ad instantiã fisci, quod quidem non procederet, si non haberetur loco Principis.

3 Tum tertio, quia sententiæ mutatio regulariter, siue additio, siue diminutio est prohibita secundum Artamanum decis. 1. de sententiã, vnde Thesaur. in decis. 135. voluit quod Index, qui in sententiæ prolacione de interesse nihil dixit, non possit postea iterũ illud adiudicare part. astrictæ petente, per tex. in l. terminato C. de fructibus, & lit. expensis, & ibidem Bald. colum. 18. qui voluit quod neque possit adiudicare fructus, neque expensas secundum Speculatorem titul. de exceptionibus §. pœnam Bertachin. in repertorio in verbo Index num. 172. Crauet. consil. 30.

4 Tum quarto, quia ex decis. Rotæ. Cataloniæ 91. nõ potest Index post conuersam pœnam pecuniariam in Corporalem, pœnam pecuniariam exequi, & corporalem dimittere.

Ceterum præfatis non obstantibus cõtrarium quotidie obseruatur in praxi, nam Episcopi hodie faciunt Gratiã de omnibus delictis, & consequenter videntur reuocare ipsorum Vicariorum sententiã, & hodie in Curia Archiepiscopali Neapol. in sententiã prolacione adijcitur clausula in fine sententiæ (salua moderatione, & commutatione Illustrissimi Archiepiscopi) quæ clausula sumpta est ex Bald. in authentica interdiximus C. de Episcop. & clericis, Felin. in cap. qualiter, & quale il. 2. §. ad corrigēdos de accusationibus. & virtute præfata clausula omnia argumenta, supra inducta facile tolluntur, quamuis secundum Alban. conf. 74. nu. 66. Archiepiscopi faciunt gratiam de omnibus delictis. Iatils. Genuef. in praxi Archiep. c. 57. Guazzin. de defens. defens. 34. cap. 3. nu. 6.

RESOLVT. CCCXVI.

An capitulum Sede vacante possit aggratiare remittendo pœnas condemnatis per Episcopum.

- 1 Episcopus non potest aggratiare exulem.
- 2 Pœnam inflictam Index reuocare nequit.
- 3 Aggratiare post sententiã est de reseruat. Principi.
- 4 Capitulum succedit in omnibus quæ Episcopo competere debent.
- 5 Archiepiscopi Neapolitani faciunt gratiam de omnibus delictis.

Fuit dubitatum in Cur. Archiepiscopali Neapolit. tempore, quo sedes vacabat ob mortem Felicis Recordationis, & nunquam satis laudati viri Domini Cardinalis de Aquauina, an capitulũ potuisset aggratiare, & consequenter remittere pœnas inflictas delinquentibus per curiam præfati Illustrissimi Domini, Dicebant aliqui, quod non, & mouebantur ex pluribus.

1 Tum primo, quia si Episcopis, hoc denegatur, igitur

M 3

tur

tur & capitulis, unde Episcopus non potest reuocare exulē, vt voluit Diaz in praxi canon. cap. 137. Foller. in praxi canon. in verb. & si committitur nu. 125. Rodolfin. de ducibus Ital. q. 33. Balb. conf. 90. Artaman. conf. 23. Bononien. conf. 206.

2 Tum secundo, quia pœnam inflictam nemo reuocat, vt voluit text. in terminis in l. pœnam Cod. de pœnis, & text. in l. si operis C. eod. facit text. in leg. pœnes ff. eod. tit. de pœnis, & latissime Lanar. conf. 5.

3 Tum tertio, quia facere gratiam post sententiam est de referuatis Principi secundum Bartolum in l. acta ff. de re iudicat. & in l. Imperium in prima lectura ff. de iurisdiction. omnium iudicum, Salicet. in l. cum indulgentia num. 2. Cod. de sentent. pass. unde Bosius in sua prax. in tit. de remed. ex sola clementin. Principis nu. 41. voluit quod domini, quibus non competunt iura Imperij non possunt aggratiare post sententiam, allegat Bald. in l. seruos Cod. ad l. iul. de ui public.

Tum tandem, quia secundum glos. in clementin. 1. de hæretic. quam sequitur Felin. in cap. cum olim de maioritat. & obediēt. capitulum non succedit nisi in his, quæ sunt iustitiæ, & quoties actus de necessitate expediendus veniret, secus autem in his, quæ sunt mercedis gratiæ, prout in casu nostro, ita enim voluit Ioan. Monac. in cap. unic. de maioritat. & obediēt. lib. 6. & in c. fin. de suppl. neglig. Prælat. eodem lib. Gemin. in d. cap. unic. sub num. 4. Felin. in cap. cum omnes num. 10. de constit.

4 Caterum præfatis non obstantibus contrariū fuit resolutum per eandē curiam, & moti fuimus ex reg. iur. generalissima, quod capitulum succedit in omnibus, quæ sunt iurisdictionis tam contentiosæ quā uoluntariæ secundum citat. glos. in clementin. 1. de hæretic. Panormitan. in cap. cum olim de maioritat. & obediēt. post Innocent. & Hostien. in cap. ad abolendam de hæretic. Federicus de Senis in confil. 130. hinc est, quod capitulum Sede uacante potest dispensare in casibus Episcopus permisis secundum Panormitanum in cap. at si clerici num. 16. de iudic. Zabarella in cap. cum omnes quæst. 10. de consil. Panin. part. 1. quæstione 5.

Ex quibus omnibus capitulum aggratiavit nonnullos pro varijs delictis condemnatos.

5 Quare non obstant contraria, quia supradicta firmata conclusionē soluantur: non obstat, quod Episcopus non possit facere gratiam, quia contraria opinio est uerior, ac iuri consonans, nam Archiepiscopi faciunt gratiam de omnibus delictis secundum Alban. conf. 74. num. 66.

RESOLVT. CCCXVII.

Aduerte tamen, quod non loquimur hic de pœnis pecuniarijs, quæ etiam Sede vacante non debentur Camera Apostolicæ, sed locis pijs applicantur iuxta mentem Conc. Trid.

De pœna clerici committentis delictum Sede vacante, ad quem pertineat.

1 De delicto commisso Sede vacante quisnam cognoscet Nuntius Apostolicus, an Episcopus successor.

1 **S**upponatur in facto, quod quidam clericus Neapolitanus Sede Archiepiscopi vacante, cum delictum perpetrasset, & post modum a successore in Archiepiscopatu, bona eiusdem clerici ob falsam monetā, vel ob alios casus in iure expressos essent confiscata, dubitatur an dicta confiscatio pertineat ad Nuntium Apostolicum quasi tempus delicti inspicere debeat, vel ad Episcopum condemnantem, & prima facie videbatur dicendum, ad ipsum Nuntium ex regula iuris, quod

in omni re principium sit attendendum l. 3. §. scio, ubi Bartol. & alij concord. ff. de minor. Afflict. decif. 220. n. 3. ubi plura congerit Casar. de Vrsil. in addit. ad eum, atque actum principio attribui ex Philip. Dec. in c. licet post numer. 15. de probat. quo loco asserit testem in termino iuratum, examinare posse post terminum, ex quo ad tempus iuramenti trahitur, multa docuit Decian. conf. 60. nu. 13. arg. eorum quæ scribit Menoch. conf. 717. num. 10. lib. 8. & alias scriptum reperitur quod ubicunque principium est licitum illud in consideratione habetur Bartol. in l. quod ait ff. de adulter. idem quoque quando actus est minus illicitus in sui initio quam in fine, Alex. confil. 75. lib. 3. & obiter multa rescribi poterunt, quod idem iudicamus de principiāte, quod de his, quæ sequuntur ex principio, Curt. Jun. conf. 172. conf. 154. & conf. 145. & an in delictis attendatur initium videndus est Alex. confil. 216. lib. 6. quibus omnibus addo Menoch. confil. 684. num. 21. lib. 7. cum concordantibus: rursus si ex forma legis municipalis pars quarta pœna pretori sit concessa, quam redegerit in ararium, & alter eodemauerit, alter vero exegerit, partem prælibatam illi soluendam fore, qui condēnauit, ex quo exigendi præcipua causa fuit Philip. Dec. conf. 654. Saluilla conf. 212. nu. 8. lib. 2. & post alios ex recentioribus, Afflict. in Auth. si quis in aliquo documento C. de edendo num. 30. ubi num. 31. inquit, quod si iudex primus condēnauit, & reus appellauerit, appellacionique iudex sententiam primam approbauerit, quartam partem primo tribuendam esse iudici ex Paradis sententia de findicat. in verb. proutentus num. 4. vt ibi per eum, cui addo Cephal. conf. 136. nu. 7. n. 8. lib. 1. & quod idem iudicetur de principio, quod de augmento annotat. Philip. Dec. conf. 331. cū similibus a Menoch. collectis in consil. suo 684. nu. 21. lib. 7. & alias actus censetur factus ab initio, si ab initio fuit conuentum de illo actu faciendo Iacob. Mandel. conf. 4. num. 51. cum similibus, & accedat id quod notabiliter voluit Soccin. conf. 70. num. 9. & inferius lib. 4. quod si scolaris prius fuit licentiatus, & postmodum Doctoratus, quia Doctoratus in quandā venit consequentiam ad licentiam ipsam, atque ab ea dependentiam habet, licentia tempus inspicitur, & ob id Doctoratus illi priori debetur qui erat tempore licentia. Decian. conf. 123. num. 70. lib. 3. & de principio contractus Menoch. conf. 843. num. 37. lib. 9. Saul. cōf. 331. nu. 8. & inferius lib. 3. & quid de eo qui participat de duobus extremis, Alex. conf. 108. lib. 4. & de fine, vt dignior sit omni eo quod ordinatur ad ipsum finē Saluilla conf. 261. num. 2. idem conf. 131. num. 8. lib. 3. cum similibus a Vallens. conf. suo 77. lib. 4. Cephal. cōf. 224. lib. 2. ubi de bannitis in diuersis territorijs.

Principalis conclusionis ratio est quia statim commisso delicto dicitur ius acquisitū fisco leg. quocunq; ff. de act. & oblig. Bart. in l. quod ait ff. de adulter. ubi dicit quod in delictis initium spectandum est, vt sciamus ad quem pertineat punitio.

Secunda ratio est, quia tempore delicti orta est obligatio ad pœnam l. vt. C. de sent. pass. ubi quis ex delicto efficitur seruus pœnæ l. Imperatores ff. de iur. fisc. ubi quis delinquendo pœnæ se subdit, & text. in l. auferitur §. fiscus ff. eod. tit. quæ allegat Alber. in l. post contractum col fin. de donat. ubi ex illo text. ait, quod continuo, quod quis delictum commisit, incipit obligari fisco, quæ refert, & sequitur Tiraquell. de retract. conuent. §. 5. gl. 4. & propterea cum dicta actio sit quæ sita tempore delicti, confiscatio non videtur spectare nisi ad Nuntium Apostolicum.

Sed contrarium est tenendum, quod in huiusmodi confiscatio non spectet ad primum, sed ad successorem ita Bald. sibi contrarius in l. final. C. de fruct. & lit. expens. Imola in l. diuortio §. si vir ff. solut. matrim. Rebus. in l. 3. eod. de suscept. & Auar. lib. 10. Soccin. Senior.

nior. confil. 100. sub n. 2. vers. sed his non obstantibus Guidop. decil. 535. dicens ita in Gallia feruari Bert. in conf. 214. lib. 2. Addit. ad Alex. in conf. 7. lib. 3. lit. B. ubi dicit hanc esse veram veritatem, & probatur ratione, quia huiusmodi pœna fiscales ante factam cõdemnationem fructus nedum percepti, sed tantum veluti seminari esse censetur, ideoque non ad illum cuius tempore delictum commissum fuit, spectare debent, cum ante sententiam nullum ius ad pœnam ipsã fiscalem acquisitum fuisse dici potest l. ex indiciorum, ff. de accus. Bart. in d. l. aufertur §. fiscus DD. & maxime Alex. in l. rescriptum ff. de pact. quam rationem veram esse, licet opinionem damnatam dixit Surd. conf. 84. n. 6. & in puncto iuris hãc opinionem esse sultetabilem dixit Alex. in l. diuersorio §. si vir n. 1. solut. matrim. & post eum Pall. in l. Imperium nu. 26. ff. de iurisd. omn. iud. Paris. de Puteo in tract. de syndic. in verb. prouentus, Rimin. in l. hæres quãdocumq; col. 2. ff. de acq. hæred. Peregr. de iure fisc. lib. 6. tit. 5. n. 44. ubi dixit hanc veriorē, idem Surd. in conf. 227. n. 21. vol. 1. & post alios concludit Molin. de primog. Hispan. c. 1. n. 20. l. 3. Videtur tamen dicendum, quod licet non dicatur deberi pœna ante sententiam, si tamen ab illa fuerit appellatum, & sententia confirmata, inspicendum sit tempus primæ sententiæ, quoad pœnam in ea adiudicatã, quia ius semel quæsitum non debet tolli occasione iniustæ appellationis, ita Addit. præcit. ad Alex. d. conf. 7. & Ferrer. in addit. ad cit. decil. 535. Guid. Pap.

RESOLVT. CCCXVIII.

Qua pœna puniantur clerici concubinarij.

- 1 Clerici detinentes concubinas post monitionem priuantur tertia parte fructuum suorum beneficiorum.
- 2 Referuntur varia pœna clericorum concubinariorum.
- 3 Ad incidendum in pœnas requiritur monitio.
- 4 Procedit etiam in clerico concubinario notorio.
- 5 Clericus concubinarius etiam publicus non ipso iure priuatur beneficijs.
- 6 Concubinarij qui dicantur.

ET quia sepius agit in Curia Archiep. Neapol. de clericorum concubinariorum materia, operæ pretium hic duxi de illorum pœnis agere, & relictis pœnis de iure antiquo, de quibus per Panorm. Felin. & reliq. in c. ar. si clerici de iudic. Bermon. de concubinar. per totum Lamber. de iurepatron. l. p. 2. lib. q. 9. ar. 20. Rebuff. in concord. tit. de publ. concub. Diaz in prax. c. 79. alias 72. & ibi Salzed. Clar. §. fornicatio, Maiol. de irreg. lib. 5. c. 37. Gomez in l. 80. Tauri, à num. 18. l. 43. tit. 6. p. 1. & ibi Lopez, Auend. de exequend. mand. 2. part. c. 26. Auiles in c. Prætorum c. 47. Perez in l. 21. cum seq. tit. 3. lib. 1. ordin. l. 1. cum seq. tit. 19. l. 8. recopil. & ibi Azeued. Martenco in l. 6. tit. 8. lib. 5. recopil. glos. 2. Menoch. de arb. iud. lib. 2. casu 418. Vela de pœn. delict. c. 6. Gutierrez. can. q. lib. 2. cap. 7. Abulen. tr. de clericis concub. Armilla, & alij Summista verbo concubinarius, Rodriq. in sum. 1. tom. c. 102. Vega 1. part. c. 56. casu 3. & Ledesma 2. par. summæ tractat. 27. cap. 18.

- Pœna autem iure nouissimo habetur in Conc. Trid. sels. 25. c. 14. de reformat. & sunt primò, quod si à superioribus moniti, ab ipsis concubinis nõ abstinerint tertia parte fructuum quarumcunque pensionum, & beneficiorum sint ipso facto priuati. Secundo, si in eodẽ delicto cũ eadem, vel alia femina perseverantes, secunde monitioni adhuc non paruerint, non tantum fructus omnium beneficiorum amittant, prout supra, sed quoad Ordinarius, tanquam sedis Apostolicæ delegatus arbitrat, ab administratione beneficiorum suspendantur. Tercio si ita suspensi, cum eisdem ver-

sentur, vel eas non expellant, priuantur perpetuò omnibus beneficijs, & pensionibus. Quarto, si postquã eas semel dimiserint, earum consortium intermissum repetere, vel alias huiusmodi scandalosas mulieres sibi adiungere ausi fuerint, præter dicta pœnas, excommunicationis gladio plectantur. Quinto sint inhabiles ac indigni quibuscunque honoribus, dignitatib. beneficijs, & officijs, donec, & c. Sexto clerici non beneficiati, iuxta delicti qualitatem, pœna carceris, suspensionis ab ordine, ac inhabilitatis ad beneficia obtinenda, ac alijs modis, iuxta sacros Canones ab ipso Episcopo puniantur, vide cap. eos 32. dist.

- Ad quas pœnas incurtendas pro forma exigitur monitio specialis in ipsam personam facta, secundum gl. & DD. communiter in clement. 1. de vit. & honest. cleric. quo casu monitio generalis facta in Synodo non suffragatur, etsi vim trinae monitionis obtineat, iuxta terminos, quos latè congerunt DD. in c. 2. ne cler. vel monach. Capoll. conf. 111. Clar. §. fin. q. 36. & declarasse S. Congr. testatur Nouis. in sua prax. c. 36. n. 3. & exigitur trina monitio, secundum dispositionem tam iuris communis, quàm iuris nouis. Trid. de iure comm. patet in c. sicut, & c. si autem, de cohabit. cleric. ubi DD. Staphyl. tit. de varijs modis vacationis, §. quando quis veniat priuandus beneficio, nu. 4. Sylua de benef. 3. p. q. 3. n. 7. alias 16. Corraf. 3. p. c. vlt. num. 28. & Mandos. tit. de priuat. verb. concubinarius.

Verum an Clerico concubinario, qui fructibus suorum beneficiorum priuatur, sint relinquendi fructus aliqui ex quibus alimenta suscipiat adde Ignat. Lopez ad Diaz in præc. crim. can. c. 79. in annot. sub lit. B.

- Ampliatur procedere etiam in clerico concubinario notorio, qui etsi puniri possit absque aliqua monitione, ex c. tua nos, & ibi Panorm. de cohabit. cler. & mulier. tamen ad priuationem beneficiorum absque monitione perueniri non potest.

Vnde Rota Romana in vna Tullen. Monasterij S. Manfueti 27. Ianuar. 1597. coram D. Penia, quæ est impleta inter consilia Farin. lib. 1. cõf. 80. resoluit, quod clericus concubinarius etiam publicus, non est ipso iure beneficijs priuatus, nec venit priuandus, nisi quãdo post legitimas monitiones indurato animo in concubinato persistit, c. sicut, & c. si autem, de cohabit. Cler. Conc. Trid. sess. 25. c. 14. de refor. Probus ad pragmaticam functionem, tit. de concubinar. §. necnon, verb. priuet, & ad effectum priuationis necessaria est plena, & concludens probatio illius, etiam si ciuilitè ageretur, nec sufficit probatio de publica voce, & fama.

Num verò sub pœna tertiæ partis fructuum in verbis Concilij, ibi. *Fructuum, obuentuum, ac prouentuum* comprehendantur etiam distributiones quotidianae vide Nauar. conf. 6. de verb. signif. in antiq. & Sayr. decil. 7. eod. tit. An autem Concilium comprehendat clericum committentem crimen simplicis, incontinentiæ, vide eundem Nauar. conf. 1. de cohabit. cler. & Sayr. decil. 4. de adulter.

Sed quicquid ibi Nauar. affirmet, testatur Garz. de benefic. par. 1. r. c. 10. nu. 186. Sac. Congregat. censuisse Decretum Concilij Tridentini de concubinato, & alijs impudicitie sordibus Clericorum non procedere in simplici incontinentia absque qualitate concubinatus.

- Qui autem dicantur concubinarij quoad supradictũ effectum, dicas, quod ille dicitur, qui ita domi retinet mulierem, ac si ei set eius vxor. Bald. in auth. licet C. de nat. liber. Dyn. in l. concubinam, ff. de concub. & alij, quos refert Diaz in præc. crim. can. cap. 79. num. 1. Silvester in verb. concubinarius nu. 1. licet Diaz ipse dicat, quod nõ solum, qui domi eam retinet, sed qui sub aliquo colore eam retineret in domo suæ matris, vel aliquarum consanguinearum, vel alibi, & cum ea habeat assiduam consuetudinem. Ratio est, quia attenditur

tur scandalum, quod à populis concipitur, tam si domi, quam si extra retinetur, & ad hoc inclinat Sac. Conc. Trid. sess. 24. cap. 8. de reform. matrim. ubi concubinaris vocatur, etiam qui extra domum mulierem suspectam retinet, & clarè sess. 25. cap. 14. de reform. ubi in domo, vel extra prohibet concubinas Thef. for. Eccles. part. 3. cap. 4. sub num. 27.

R E S O L V T. CCCXIX.

Qua pena puniantur regulares, qui inuitati ad publicas processiones, non accesserint.

- 1 *Archiepiscopus potest punire regulares ad publicas processiones non euntes.*
- 2 *Limita in regularibus illis, qui in strictiori clausura viuunt.*
- 3 *Limita etiam in regularibus distantibus à ciuitate ultra dimidium milliare.*
- 4 *Limita etiam si haberent priuilegium non eundi ad eas processiones.*
- 5 *Limita quoque in fraternitatibus laicorum.*
- 6 *Regulares non euntes ad praefatas processiones, non debent potius compelli carcere, quam excommunicari.*
- 7 *Publicae processiones quae dicantur.*

IN facti contingentia dicebam ego non potuisse quendam Illustrissimum Archiepiscopum punire regulares ad publicas processiones non euntes; quia superiores regularium sunt priores, secundo prouinciales, tertio generales, prout latè per Triuif. in tract. de modo procedendi inter reg. c. 4. item Index ordinarius regularium est protector secundum Card. in consil. 17. n. 1. Staphil. de lit. gratie fol. 287. n. 6. Alban. conf. 35. n. 2. Monald. conf. 16. & Triuif. decif. 36. par. 1. verum quidquid sit ex supradictis, hodie tamen per Concil. Trid. sess. 25. c. 13. de regularibus sancitum est, ut exempti omnes tam clerici seculares, quam regulares etiam Monachi ad publicas processiones vocati accedere compellantur, iuxta cuius sententiam iudicauit pariter Cappella Tholos. dec. 484. quare Calderini opinio improbanda est, qui exemptos ad id non teneri asseruit in conf. 8. de regularibus.

- 1 *Limita primo in illis regularibus, qui in strictiori clausura viuunt, ut probatur in eod. cap. 13. Gratian. decif. 232.*
- 3 *Limita secundo si regulares abessent à ciuitate ultra per vnum milliare, quo casu non tenentur ad processiones accedere, ut censuit Sacra Congregatio, prout idem est in clericis longè absentibus à ciuitate, qui de consuetudine non tenentur venire, Gemin. in. cap. quando in fine dist. 38. & praedicta intelliguntur de omnibus clericis dioecesanis quantumvis exemptis etiam beneficia simplicia in dioecesi obtinentibus, vel officia, puta si deseruiant pro Capellano etiam in Ecclesijs exemptis, qui omnes possunt compelli accedere ad dictas processiones per Episcopum prout declarauit Sac. Conc. Trident. Congregatio.*
- 4 *Limita tertio si haberent ex priuilegio, ut non teneantur ad processiones ire, vel semel iuerint, vel saepius, non tamen tenentur. Tum quod priuilegium est facultatis, & possunt ire si velint, alias non, Tum quod praecario venisse videntur ab Episcopo vocati, & idcirco nullum ius Episcopo quaesitum est, ita Calder. in d. conf. 8. de reg. quem sequitur Felin. in c. dilectus n. 7. de offic. ordin. & Vgolim. de potestate Episcopi par. prima, cap. 20. §. 2. sub num. 5.*
- 5 *Limita quarto in confraternitatibus laicorum, nam per Episcopum non poterunt compelli accedere ad processiones publicas, sed solum inuitari, ut fuit declaratum per Sacram Congregationem.*
- 6 *Sed dubium est, qua pena veniant plectendi regula-*

res non accedentes ad praedictas processiones, & quidem dubium est an possint compelli per Episcopum, sub censuris, iuxta cap. 13. sess. 25. de reg. cum habeant priuilegium, ut non possint ab ordinario excommunicari, suspendi, aut interdici, & sic secundum Gratian. in dec. 232. n. 14. potius erunt compellendi carcere, & alijs similibus penis, licet Calder. d. conf. 8. de regul. Felin. in d. c. dilectus de offic. ordin. & Gambar. de auctor. legati lib. 8. cap. fin. nu. 76. dicant, quod non possunt excommunicari, tamen secundum Gratian. loc. supra cit. loquuntur in exemptis, qui non poterunt cogi accedere ad processiones, ad quas etiam, quod aliquando iuerint, non per hoc praecribitur contra eos, cum sit facultatis, & sic nullum ius est acquisitum Episcopo contra eos, prout etiam dicit Felin. in d. c. dilectus in fin. n. 7. de offic. ord. vnde cum vigore Concilij modo subsint ordinarijs, à quibus compelli possunt ire ad processiones, poterunt etiam excommunicari, cum enim Conc. non det seculi restringat modum compellendi, remittitur eius arbitrio, maxime cum Conc. Trid. cap. fin. sess. 25. de regular. mander obseruari omnia, decreta concernentia d. d. regulares non obstantibus eorum priuilegijs, constitutionibus, consuetudinibus, praescriptionibus, & statutis etiam iuratis deputando Episcopos executores in omnibus praedictis casibus.

Accedit etiam Bulla Pij IV. per quam abrogantur omnia priuilegia contraria Conc. Trid. & ita fuisse obseruatum in Curia Archiepiscop. Neap. refert praxis eiusdem cap. 57. sub num. 9.

- 7 *Publicae autem processiones sunt quae fiunt in Litanijs maioribus, atque minoribus, vel pro bono publico, ut imminente peste, alioque flagello, vel in aduentu noui Episcopi, vel in festo Sanctissimi Corporis Christi, & quae Episcopo videbuntur: remittitur enim hoc Episcopo, sicuti etiam decernere Ecclesias, quae adeantur, ita Vgolim. post Abb. in cap. nimis de excess. Praelat. in d. §. 2. nu. 6. Prax. Archiep. cap. 63. Addit. ad summ. Bullar. in verbo praecedentia.*

R E S O L V T. CCCXX.

An tortura possit dari in penam.

- 1 *Tortura est remedium subsidiarium.*
- 2 *Amplia in qualibet specie torture.*
- 3 *Amplia etiam in pena corporis afflictiua.*

Videbatur, quod non, quia tortura est remedium subsidiarium, ad quam planè non fit deueniendum, nisi in subsidium, & quando veritas aliter haberi non potest l. edictum, vers. l. l. Diuus Pius ff. de quaest. l. quoties C. eod. Clar. prax. crim. §. fin. q. 64. Boer. decif. 163. Simon. de Pretis conf. 36. n. 3. praecedentibus inditijs non remotis, sed proximis luce meridiana clarioribus, Ofsac. dec. 79. n. 55. & 56. Thef. dec. 24. n. 6. Crauer. conf. 287. n. 2. ubi scribit, quod quando alicui contra reum potest alio remedio subueniri, non deuenitur ad torturam, quae dicitur remedium subsidiarium, vnde fatuus est Index, qui malefactorem torquet super plenè probatis, imò tenetur in findicatu, copiose Farin. tract. crim. part. 1. tom. 1. q. 40. n. 3. & 4. vnde Marf. ad l. 1. & ad l. edictum ff. de quaest. Vulpel. consil. 4. num. 13. Couar. pract. quaest. c. 23. n. 5. & Mascard. de probat. conclus. 1385. nu. 3. cum relatis per Farin. loc. cit. animaduertit ad dandum repulsam illi, qui petit aliquem torqueri, nec iurat, quod non habet alias probationes, quam torturam.

- 2 *Amplia primo, in qualibet specie torture, quam esse triplicem docet Bald. conf. 77. vol. 3. & Bois. tract. crim. de tortura num. 16.*
- 3 *Amplia secundo in pena corporis afflictiua, siue penitentiaria, siue arbitraria, Gishausen. amb. iud. par. 1.*

C. I.

c. 1. de iurisd. §. 1. num. 98. cum seq. Caball. resol. crim. 28. n. 17. in fine, & casu 180. Franc. March. decif. 994. p. 1. vbi in omnibus his casib. deueniri potest ad questionem, sed in subsidium tantum; imo etiam pro causa ciuili infligitur tortura, si tamen habeat crimen annexum, Abb. ad cap. 1. de posit. Gomez var. resol. tom. 3. c. 13. n. 29. etiam contra testes in causa ciuili inductos. Thef. decif. 42.

Cæterum in Curia Archiepisc. & in omnibus alijs Curijs tortura quandoque datur in penam, quodque id de iure communi fieri possit, per Canones, & Doct. auctoritates probat Maceraten. var. resol. lib. 3. resp. 12. n. 4. quod contingit quoties delicta committuntur inter carceres secundum de Franch. dec. 630. tortura enim secundum Cost. de remedi. subsid. cap. 26. num. 8. multoties irrogatur ad penam, cum possit secundum eum hoc fieri aliquando ad eruendam veritatē l. edita, vbi Bar. ff. de quaest. iudic. socius criminis, qui vt delictum detegat, ac publicet habuit gratiam de pena quoad se, potest torqueri, vt faciat indicium contra socium ex Clar. in d. §. fin. q. 21. Bofs. tract. de ind. ante torturam num. 182. cum seq. Bertazzol. crimin. conf. 341. & 559. Honded. conf. 100. vol. 1. Natta conf. 298. Vm. decif. 216. lib. 1. Rota Rom. decif. 283. p. 1. in nominis. Farinac. tractat. crim. p. 2. q. 43. Mascard. de probat. conclus. 1311. quoniam gratia promissa non completitur torturam, quæ fit ad eruendam veritatem, & ita hodie indistincte seruari fateatur de Franch. decif. 459. p. 3.

RESOLVT. CCCXXI.

Vt ad penam priuationis canonicatus ob non residentiam perueniatur, quæ concurrere debeant.

- 1 Beneficium de omni iure requirit residentiam.
- 2 Nemo excusatur à residentia.

Cum de iure quodlibet beneficium requirat residentiam cap. pen. de cler. non resid. c. ad hæc de præb. & si generalis tamen consuetudo obtinuit, vt id non procedat in beneficijs simplicibus Abb. in c. extirpanda §. qui verò n. 31. de præb. cum alijs, Mandos. in 1. reg. q. 13. n. 8. de Grafs. dec. 4. n. 3. de præb. beneficium autem simplex præsumitur, Argid. dec. 676. Rebuff. in prax. sub tit. sacul. beneficium quod triplex n. 11. Staphil. de lit. grat. 2. p. tit. de qual. & itat. beneficior. in princ. fuit decisi in vna Calaguritana congruarum 16. Nouemb. 1571. coram Oradino, & sapius in alijs.

Quare beneficia curata, seu Canonicatus ex vi Concil. Trid. sess. 23. c. 1. de refor. maiorem, ac magis enixam requirunt residentiam, quam antea; nam olim poterat Parochus studiorum causa per septennium de Ordinarij licentia abesse, vt probatur in c. cū exco 33. de elect. lib. 6. latè per Diaz, & ibi additio Salzed. in prax. crim. c. 52. Nauar. in Manual. c. 23. n. 120. Rebuff. in prax. tit. de dispens. de non residendo n. 25. Hodie tamen ordinarij minimè possunt talem licentiam concedere, nec Parochi studiorum causa absentiam facere, vt declarauit S. Conc. Trid. Congreg. dicens.

Obtinentibus Parochiales Ecclesias post Concil. Trid. studendi licentia, ac in absentia studiorum causa fructus percipiendi, non datur.

- 2 Et ad hanc residentiam neminem excusari voluit Gig. de resid. Episc. q. 12. vnde deponitur Cardinalis, qui in suo tit. non residet, c. ex gestis de clericis non resid. nec presentatus ad Ecclesiam confirmatur si apparet, quod noluit residere, c. relatum eod. tit. & procedere etiam in beneficio modicæ estimationis voluit tex. in c. conquerente eod. tit. nec seruitium 40. ann. excusat canonicum à residentia, secundum Nauarr. conf. 12. eod. tit. & Sayr. in decif. 3.

Vnde ex supradictis deducitur, quod canonici residere debent, vbi canonicatus habent, idque merito, nam diuina officia per se, & non per substitutos obire in Ecclesia debent, ita Trid. Syn. sess. 24. de reform. c. 12. vers. omnes vero, & Pius V. in bulla incip. cupientes, quæ est in ordine 64.

Quod si non residerint puniri debent hoc ordine; nam primo anno priuari debent dimidia parte fructuum, quos ratione præbendæ, ac residentie suos fecerunt, & si ea negligentia vsi iterum fuerint, omnibus fructibus, quos eodem anno lucrati sunt, priuentur, Crescente contumacia contra eos, iuxta S. Canon. Constitutiones procedatur, ita sancit Trid. Synod. sess. 24. de reform. c. 12. vers. præterea obtinentibus ibi. Alioquin primo anno, censuris etiam, nec non penis pecuniarijs arbitrio Episcopi; & etiam priuatione beneficiorum puniri possunt, idque facere potest etiam, vt Apostolica Sedes delegatus per bullam prædictam.

Vnde Rota in vna Salamantina del Pecroso 5. Decembris 1567. coram Illustris. Seraph. dicit per hæc verba; Domini tenuerunt sententiam esse nullā ex duobus potissimum capitibus, primo, quia constat de publicatione edicti in abbatiali Ecclesia, secundo, & in hoc factum fuit præcipuum fundamentum, quia Conc. Trid. permittit quidem, vt Episcopus ob non residentiam possit deuenire ad priuationem, sed tamen seruato iuris ordine, quod innuunt verba illa, per censuras Ecclesiasticas, ac sequestrationem fructuum, aliaque iuris remedia, etiam vsq; ad priuationem compellere. Vnde succedunt tradita per Abb. conf. 67. vol. 1. quod in casu priuationis debet Episcopus procedere ad priuationem per tres citationes in Ecclesia successiue factas, neque sufficit vnica peremptoria, vt per eundem ad idē Felin. in c. consuluit nu. 13. de off. deleg. & hæc etiam erat forma ab ipso Episcopo in edicto data, nempe, vt per trium edictorum affixionem procederetur, quod obseruatum non fuit, vnus etiam ex Dominis considerabat nullitatem sententiæ ex defectu citationis, sed quia articulus erat dubius, noluit super eo insilire.

Quauis Episcopus in seruitio possit occupare duos Canonicos Ecclesiæ Cathedralis, qui fructus in absentia percipiunt, nam seruando Episcopo Ecclesiæ inservire dicuntur c. de cætero, c. ad audientiam de cler. non resid. l. fin. tit. 16. Partita 1. quæ iura non sunt derogata per Conc. Trid. sess. 24. c. 12. versic. præterea de reform. vt consuluit Nauar. conf. 1. & 2. de clericis non resid. Quod etiam locum habet in canonicatibus doctorali, & magistrali, vt fuit resolutum in Rota in vna Placentina fructuum 14. Martij 1550. teste Puteo dec. 294. incip. in vna Placentina lib. 3.

RESOLVT. CCCXXII.

A quo puniendus clericus committens crimen læsæ Maiestatis.

- 1 Index secularis nullam habet iurisdictionem contra clericos, nisi quoad priuationem feudorum, quamvis contrarium de facto seruetur, vt in num. 3.
- 2 Clericus non committit crimen læsæ Maiestatis, quia non potest dici subditus Principi seculari.
- 4 Clericus tam de iure canonico, quam ciuili non potest coram Iudice seculari conueniri.

Dvbium faciebat text. constit. Regni incipiens de personis, per quam datur facultas Iudicibus secularibus cognoscendi contra personas Ecclesiasticas de produtione, vbi glos. dicit in crimine læsæ Maiestatis, & sic etiam dictam constitutionem intelligit Neapol. in proemio consuet. Neapol. in glos. verbo tenorem, vers. sed contra. Et nouissime visum fuit nostris temporibus tempore rebellionis olim Principis Salerni pro-

ni processum contra clericum nobilem Neapolitanum, vt refert de Franch. decif. 691.

1. Caterum hoc non obftante, videtur dicendum contrarium, ex regula generali, quod contra clericos Iudex ſecularis non habet iurisdictionem, C. at ſi Clerici, & C. Clerici, de iudic. Cum Concordantibus, quos Cumulat Coua. pract. q. c. 31. nu. 4. Valaf. dec. 100. laicum enim de quacunque quaſtione, tam ciuili, quam criminali, quātumuis ardua, contra Clericum cognoſcere non poſſe, ſtatutum eſt, tam per iura canonica, quā ciuilia, ad tex. in c. cum nō ab homine, de Iudic. ita vt nec conſuetudo in contrarium valeat, c. Clerici, eod. tit. auth. ſtatuiſmus, C. de Epifc. & Cler. qui tex. eſt deſumptus ex §. item ſtatuiſmus, auth. de ſtatut. & conſuet. contra liber. Eccl. coll. 10. & ob id communi calculo DD. tradiderunt, vt nec etiam in crimine laſae Maieſtatis ſecularis Iudex poſſit cognoſcere: cumulant DD. Foll. in ſua pract. crimin. 1. par. 2. p. n. 95. Boſ. in tit. de crim. laſae Maieſt. Iul. Clar. lib. 5. §. ſi. q. 36. & in §. laſae Maieſtatis, Gig. in tract. de crimine laſae Maieſt. in cap. quis de crimine laſae Maieſt. cogn. poſ. n. 12. & infra Decian. in tract. crim. lib. 7. in tit. qui committit crimen laſae Maieſt. c. 8. Bern. Diaz in ſua pract. crim. canon. c. 119. & ibi addentes, Farin. in tit. de inquil. quaſt. 8. qui omnes Doctores innumeros cumulant, & vt dixi, hac eſt communis opinio.

2. Cuius conſuſionis ratio redditur per Gig. loco cit. & per Roland. conf. 4. vol. 1. quoniam tale crimen non committitur per Clericum, quia non poteſt dici ſubditus ſeculari Principi, ad tradita per Barb. in conf. 21. in 3. vol. incipiens, a iure tale principium, & Boer. in tract. de ſeditioſ. col. 18. verſ. praſuppono etiam ſexto, n. 3. & ab hac opinione, de iure loquendo, diſſentire non videntur Clar. in pract. §. laſae Maieſt. verſ. hinc inferitur, & in q. 36. verſ. quaro nunquid clericus, Boſ. in tit. de crim. laſae Maieſt. n. 86. in fin. Decian. in tract. crim. tom. 1. lib. 4. c. 9. n. 5. & 7. vbi abſolute tenent, Iudicem, aut Principem ſecularem, neque in hoc crimine poſſe contra clericum procedere, niſi tātum quoad priuationem feudorum, licet de ſacto contrarium ſeruari per aliquos Principes ſeculares teſtentur, prout & ſeruatum fuiſſe ante eos teſtatur Auſter. in repet. clem. 1. de off. ord. reg. 1. n. 27.
4. Non obſtant contraria, & conſequenter conſtitutio de perſonis, quia ſecundum Andr. ibi, nec per iura canonica, nec per ciuilia Eccleſiaſtica perſona trahitur ad iudicium ſeculare, per tex. in authen. ſtatuiſmus, & per gloſ. in authen. Clericus, C. de Epifcopis, & Cler. & ſimiliter per capitula conuentionum inſita cum Rege Carolo I. niſi ratione feudi, vt ibi dicitur, & eſt capitulum ſecundum ordinem Nigri 198. quod incipit, Item ſtatuiſmus, quod clerici, & apparet ex c. Pape Honorij, quod incipit, Item quod clerici, niſi pro bonis feudalibus, de quo facit mentionem Afflic. in conſtit. Regni Iuſtitarios, in fin. & in d. conſtit. de perſonis, 1. col. verſ. ſed quero an iſta conſtitutio Imperatoris, vbi etiam in ſpecie loquitur de crimine laſae Maieſtatis, idem tenet ibi Foll. n. 7. col. 3. verſ. praediſta tamen fol. 40. & in ead. conſtit. n. 23. verſ. & regulam affirmatiuam, vbi allegat Gram. in decif. 29. & 61. qui & de praediſta conuentione loquitur idem Foll. in fragmentis pract. crim. in 1. Chart. ſub tit. de Epifc. & Cler. idem tenet Afflic. in cap. 1. §. ſi clericus, de pace tenenda col. fin. verſ. dicit tamen hic Andreas.

Non obſtat ſecundo, quod alias clericus notabilis fuit inquiſitus de crimine laſae Maieſtatis, & tortus, & alter decapitatus, & conſequenter, quod in hoc caſu ſit ex conſuetudine inductum, quod in certis caſibus non ſit abdicata iurisdictione a Iudice ſeculari, ex dictis eiufdem Didaci. Nihilominus quoad primum reperiuntur Iudices ſeculares contra clericum nobilem, proceſſiſſe etiam vt delegatos a Sede Apoſtolica, & ſic

operatur effectum contrarium. Item idem Foller. in dicta conſtit. de perſonis, dicto n. 13. dicit, vidiffe multos clericos remiſſos ad Iudicem Eccleſiaſticum, & non ad eſſe conſuetudinem in contrarium. Nec obſtat, quod dicebatur de clerico decapitato, quia, etſi hoc verum eſſet, fuit male factum, obſtante dec. Andr. & aliorum ſupra allegatorum, nec per vnum actum conſuetudo iudicandi inducitur, ſed per binas iudicaturas.

Vnde cum ſimilis caſus contingeret in perſona cuiuſdam Religioſi, & fuiſſet Summo Pontifici Clementi Octauo ſignificatum, & per eundem Pontificem fuit commiſſa cauſa Reuerendiſſimo Nuncio inſimul cum Officiali Regio, clerico tamē, ac Regij Filci Patrono eligēdis per Proregem, a quo fuit electus Don Petrus de Vera Decanus Sacri Conſilij, qui ordines minores habebat, ac Don Ioannes Sanchez Regius Conſiliarius pro Filci Patrono in praediſta cauſa, & ſic fuit executum, ita de Franch. dec. 691. & de Ponte decif. 9.

RESOLVT. CCCXXXIII.

Qua poena puniantur ſollicitantes mulieres in actu confeſſionis.

1. Verbum ſollicitatio, quomodo ſumatur.
2. Penitenti creditur contra Confeſſarium.

ANtequam explicemus dubium, aliqua breuiter praebare oportet circa verbum ſollicitationis; vnde dicas, quod ſollicitatio ſupponit vehemens ſtudium, & diligentiam ad aliquid agendum, iuxta D. Thom. 2. 2. q. 47. art. 9. & vbi Caiet. vnde ſollicitates dicuntur non ſolum illi, qui per ſe verba impudica multiplicanti ad malum, ſed etiam qui inducunt, & perſuadent ad tale facinus committendū, c. noli de pen. diſt. 1. & plus peccat ſollicitans, quā faciens arg. tex. in l. 1. §. perſuadere, ſi de ſeru. corrup. Clar. in §. ſi. q. 80. Itē ſollicitatores dicuntur etiam inducentes perſuaſionibus, vel mendacijs, aut precibus, vel fraude, aut blanditijs, Caiet. 2. 2. q. 32. art. 7. & de hac pariter ſollicitatione loquitur tex. in cap. ſollicitatores, & text. in cap. 1. de penit. diſt. 1. vbi habetur, quod puniuntur, etſi effectū ſceleris potiri non poſſint, quamuis perfectio flagitio aliter puniatur, quā imperfecto, c. ſi quis tam ſeminam, ead. diſt. licet quandoque ſola attentatio puniatur, c. ſi quis non dicam rapere, 32. q. 2. item ſolus conatus puniatur, vt 1. 4. q. 4. c. quoniam multi, ſola voluntas, 27. q. 1. c. nuptiarum, ſola expectatio mercedis, 1. 4. q. 3. cap. ſi feneraueris, ſola cogitatio, 6. q. 1. c. ſi quis cum telo ſola egreſſo, de pen. diſt. 1. c. ſi quis necandi ſolus auſus, c. ſi quis pulſatus, ead. diſt.

Quibus ſuppoſitis eſt notandum, quod cum in Curia Archiep. ſecundum Nouiſt. in ſua prax. c. 79. quidā Parochus fuiſſet inquiſitus, quod mulieres tentauerat ad turpia in actu confeſſionis ſui tortus, & quia non confeſſus, fuit etiā ſuſpenſus a cura per annū de ordine etiam Sacrae Congreg. S. Officij in Vrbe. Nec eſt omitendum, quod tentans mulieres in actu confeſſionis eſt ſuſpectus de fide vehemēter circa ſacramentū Penitentiae, vt tradit Pegna ſuper Direct. Inquiſ. 2. p. q. 55. etiam ſi propē actum confeſſionis, ante, vel poſt ipſas tentauerit, vt fertur declaratum fuiſſe per Clem. VIII.

Et ad puniendum praefatum ſollicitatem, forte creditur mulieri hoc aſſerenti, cum ſecundum opinionem DD. in c. omnis vtriuſque ſexus, de penit. & remiſ. creditur penitenti contra confeſſarium, quam opinionem refert, & ſequitur Lapus alleg. 94. Felin. in c. 1. col. 1. de except. Barbat. ſing. in conf. 70. incip. ſapienter, vol. 2. notabiliter Diaz in pract. crim. c. 102. circa finē, Nau. in c. Sacerdos, n. 163. de penit. diſt. 6. vbi ad id in caſu ſimili allegat dictum ſingulare Innoc. in c. quia veriſimile, de praſumpt. & latē Roias de haret. in ſing. 3.

RESO-

RESOLVT. CCCLXXIV.

Qua poena puniatur Parochus impertiens benedictionem secundis nuptijs.

- 1 Parochus Iudicis arbitrio punitur, benedicens secundas nuptias.
- 2 Et quæ sit ista poena.

In facti contingentia respondi, hanc poenam Iudicis arbitrio esse remittendam, ita Menoch. de arbitrijs, lib. 2. cent. 5. casu 417. n. 8. Diaz in prax. vbi Salzed. c. 74. Rosel. in sum. verb. nuptiar. n. 5. Tabien. verb. impediment. 14. q. penult. Nauar. in manuali confels. c. 22. n. 83. Corrad. in templo omnium Iudicum, lib. 2. c. 12. nu. 21. Perez lib. 5. ordinationum tit. 1. l. 5. col. 5. vers. intelligas, Zauall. communium contra communes, q. 604. n. 135. Emanuel 1. tom. summæ c. 241. Crot. 1. p. decisionum lib. 2. cap. 82. num. 2. Vega in 2. tomo, cap. 34. casu 179.

2 Quam poenam esse arbitrandam, ac imponendam attentis circumstantijs, quæ grauius, ac leuius reddunt delictum, vt voluit Sanch. de matrim. impedim. lib. 7. disp. 82. quare Iudex poterit, arbitrando, huiusmodi clericum suspendere, sicut potest alia poena arbitraria punire, ita Nauar. loco cit. n. 137.

Non obstat text. in c. 1. de secund. nupt. vbi imponitur poena suspensionis ab officio, & beneficio benedictibus secundas nuptias, & quia secundum Io. And. ibi n. 1. Prapof. not. 3. & 4. Alex. de Neuo nu. 6. Angel. verbo nuptiar. in fin. Diaz, & Menoch. locis cit. procedit quando impenditur benedictio secundis nuptijs, nondum dissoluto priori matrimonio.

Et in hoc casu non ipso iure contrahitur suspensio, sed ita demum si Iudex declarauerit illum incidisse in suspensionem, secundum Palud. in 4. sent. d. 42. q. 3. r. n. 8. Couar. in 4. decretal. p. 2. c. 8. §. 1. r. n. 2. Veracrux 1. p. Speculi art. 13. in fin. Clar. in §. fin. q. 75. n. 2. Henric. lib. 1. r. de matrim. c. 16. nu. 2. Ledesma in eiusdem nominis tractatu, q. 63. ar. 2. ad fin.

Limita tamen poenam suprapositam, vt minimè possit infligi, quando adesset consuetudo in contrarium, vt secundæ nuptiæ benedicantur, quia tunc possunt benedici absq; timore, ita gl. in c. vir. de secund. nupt. Nauarr. in manuali c. 83. qui intelligit opinionem D. Th. in 4. d. 42. q. 3. procedere stante consuetudine, quæ potest inducere, vt benedicantur nuptiæ etiam quando viduus ducit virginem, vel viduus viduam, & secundum Nouis. in prax. c. 72. Neapoli seruatur, quod quando mulier est tantum virgo, iteratur benedictio: consuetudo enim secundum eundem valet in Sacramentalibus, cap. de trina, iuncta gl. de consecr. d. 4. c. 2. de temporibus ordinationum.

RESOLVT. CCCXXV.

Qua poena puniantur clerici arma deferentes.

- 1 Clerici arma deferentes diuersimodè puniuntur.
- 2 Arma deferens, vltra poenam, illa amittit.
- 3 Clericus arma ferens, peccat mortaliter.
- 4 Arma clericorum debent esse lachrymæ, & orationes.

Diuersimodè iudicatur in Curia Archiepiscopali Neapolit. circa poenam infligendam clericis arma asportantibus, nam cõtra asportantes pugionem, vel archibusetum si sunt nobiles, poena relegationis, ad arbitrium eiusdè Curie, si verò ignobiles, poena trium annorum ad arbitrium eiusdè, & quandoquidem ex causis bene visis eidem Curie componuntur, & pœnis pecuniarijs mulctantur. De qua obseruantia mirandū

quippe non est, cum sit iuris fundatissima, siquidem arma portare de iure communi omnibus est prohibitum, Corn. in conf. 20. n. 4. vol. 3. Roman. sing. 267. post Bart. & Ang. in l. 1. ff. ad legem Iuliam de vi publica Bal. in l. data opera col. 10. C. qui accus. non possunt, Abb. in c. clerici, de vit. & honest. cleric. Marfil. in practica criminali, §. pro complemento n. 1. Nigr. in c. rigori 239. Piazza in epitome delictum c. 8. nu. 1. Soccin. regula 30. vbi ponit regulam cum septem limitationibus, & plenius cum tribus ampliationibus, & duodecim limitat. Duen. in regul. 55. Afflict. n. 20. in constit. intentionis nostræ. Carrer. in pract. criminali §. homicid. Couar. lib. 2. variar. resolut. c. 20. Cassan. in consuet. Burgun. fol. 52. n. 77. circa quam armorum delationem clericis interdictam lege Synodum Prouinciale huius Ciuitatis Neapol.

1 In tantum quod deferens arma vltra poenam supradictā, debet ea perdere, Bart. & Alex. in l. 1. ff. ad leg. Iul. de vi publ. Ias. in §. ex maleficijs, n. 81. de actionibus, Viuius in decis. 287. & Lud. in dec. Perus. 35.

3 Et clericus ferens arma, mortaliter peccat, & excommunicari potest secundum Card. in clement. 1. §. præfata, de statu monach. Felin. in c. petitorio de homic. & notatur in cap. clericus, de vita, & honest. cleric. clericis enim à lege vsus armorum expresse reperitur interdictus, vt in d. cap. clericus, & in clement. 1. eodem tit. & toto tit. 23. q. 1. & clerico prohibitū est pugnare tam pro se, quam pro alio secundum Aret. in cap. in præsentia, col. 15. de probat. imo clerici in quacunque factione arma capientes, gradum procul dubio amittunt, cap. clericus, & cap. reprehensibile 23. q. 8.

4 Cuius decis. ratio est, quia arma clericorum debent esse lachrymæ, & orationes, cap. conuenior, 23. q. 3. c. porro, & ibi gl. 16. q. 4. Imola in d. cap. clericus, Lupus in tract. de bello, & bellatorib. §. habeas, sub n. 1. & seq. Decius in conf. 151. n. 22. gl. in c. ex multa, §. fi. de voto, Ias. in leg. imperium ff. de iurisd. omni. iudic. Berret. conf. 3. n. 13. vol. 1. Plaz. lib. 1. epit. delictor. c. 26. Farin. in praxi crimin. tit. de inquis. q. 8. nu. 96. vbi quod ex quo clericis non licet ferre arma, ideo posse eos inuictos armatos per satellites iudicis sæcularis, armis ipsis spoliari, ac postmodum remitti ad iudicem ecclesiasticum, & hoc absque vilo incurfu censurarum, Panorm. in cap. vt famæ, de sent. excomm. Nauarr. conf. 27. eod. tit. & Sayr. in decis. 45. eod. & ratio est, quia secundum Anfrer. in clement. vt clericorum, n. 73. de offic. ord. potest familia sæcularis impunè clericum noctu incedentem capere, & statim suo competenti iudici presentare, & ita fuisse decusum refert Vin. cit. decis. 27.

Dicebat enim ad propositum D. Ambros. de seipso loquens, & de ceteris clericis: Non pila quarunt ferrea, non arma, Christi milites, sed dolor, & lachrymæ, & orationes fuerunt (inquit) mihi arma aduersus milites, cap. non pila, 23. q. 8. & arma scholarium atq; etiam clericorum sunt libri, vt inquit gl. in l. nepos Proculo, ff. de verb. signif. similiter, & Doctorum, Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. cent. 4. cas. 374 n. 75. & an clericus arma ferens amittat priuilegium, vide gl. in can. quisquis in ver. arma 17. q. 4.

Reperiuntur tamen nonnulli casus, in quibus vsus armorum est eis permittus, prout pro defensione propriæ personæ, ac rerum, c. olim il 1. & ibi gl. de restit. spol. & in c. dilecto, cum gl. de sent. excomm. & in c. 1. 23. q. 1. Item ipsi clerici ad eorum defensionem possunt, l. permittēte, deferre secum familiares armatos, teste Dec. in d. conf. 151. sub nu. 22. & pro defensione proximi permittitur quoq; vsus armorum, Panorm. & alij communiter omnes in d. c. clericus de vita, & honest. cleric. & possunt vti armis etiā offensilibus, cum licentia Papæ, secundum eundem Panorm. in c. ego, de iureiur. quia hoc solū prohibitum est de iure positiuo.

RE-

RESOLVT. CCLXXVI.

Qua poena puniantur Patroni non praesentantes in tempore ob defectum vnius diei.

- 1 Patronus laicus habet quadrimestre tempus ad praesentandum.
- 2 Tempus quadrimestre est continuum.
- 3 Praesentatio debet fieri praesentialiter.
- 4 Purgatio mora regulariter de aequitate canonica admittitur.
- 5 Reversio doctrinae Mascardi de probation. conclus. 1223. num. 6.

Cum fuisset delegata causa à Sede Apostolica Vicario Generali Curiae Episcopalis Acerrarum, & ab eodem Vicario mihi transmissa, consulenda, tale factum proponebatur, quod cum vacasset die 28. Maij anno 1615. quoddam beneficium de iure patronatus, ad quod fuit praesentatus quidam clericus coram Notario die 27. Septembris eiusdem anni, & cum praesentatus litteras praesentationis die 29. eiusdem mensis Ordinario praesentauerit, praefatus Ordinarius precepit, edictum fieri contra interesse praetendentes, & sic praefatam acceptauerit praesentationem, & cum comparuisset Fiscalis eiusdem Curiae praetendens dictam praesentationem non debere admitti, tanquam non factam in tempore, ob defectum vnius diei, praefatus Episcopus iure deuolutionis liberè contulit tale beneficium alteri, quare occasione huius quaestionis, ac articuli dilucidatione supponenda sunt nonnullae iuris fundatissimae conclusiones.

- 1 Prima sit conclusio. Patronus laicus habet quadrimestre tempus ad praesentandum vulgato text. in c. 1. §. fin. de iure patron. in 6. cap. 3. c. cū propter, eod. tit. cap. cum vos, de offic. ord. & tale tempus currere à die scientiae pluries tenuit Rota, vt patet ex allegatis per Caputaqu. in dec. 248. part. 2. Card. Put. dec. 6. de prob. Seraphin. in dec. 480. part. 1. Rota dec. 13. de iure patron. in antiq. & iterum eadē Rota in vna Signina iurif. patronat. 22. Iunij 1596. coram Orano, in qua fuit dictum quod si impetretur beneficium de iure patronatus laicorum, per deuolutionem ad Sedem Apostolicam, ob non factam praesentationem infra tempus à iure statutum, non valere impetrationem, nisi probetur scientia certa, & indubitata patroni vacationis beneficij, & hoc corroboratur à simili, quoniam tempus sex mensium quod Ordinarijs conceditur ad cōferendum beneficium iuxta text. in c. 2. de cōcess. preben. & c. licet de suppl. neglig. prelat. non currit nisi à die scientiae, Rota in decif. 263. in nou. Rota diuers. in decif. 281. part. 1. & fuit per eandem Rotam resolutum in vna Toletan. beneficij 28. Novembris 1578. coram Illustrissimo Seraphino, vt patet in eius decif. 380. DD. de Rota dec. 7. de praeb. in antiq. quam opinionem intelligas, quando ignorantia esset verisimilis, vt latè per Achill. de Grass. in dec. vnica de supplem. neglig. prelat.

- 2 Secunda sit conclusio. Praefatum tempus quadrimestre patronis concessum ad praesentandum, continuum esse, non autem utile, quia in dubio quodlibet tempus praesumitur continuum, secundum gloss. communiter receptam in rub. ff. de diuers. & tēp. praescrip. latè Bard. in tractat. de tem. utili, & continuo quaest. 5. per totum Hartaman. conf. 17. nu. 4. Toming. conf. 16. & propterea currit de momēto ad momentum arg. tex. in l. qua aetate ff. de testam. & in l. 1. ff. de manumiss. & gloss. in l. 3. §. 1. ff. de minorib. & hoc clarè patet ob id, praesertim quod non currit nisi à die scientiae, secundum dec. Rotae 13. de iure patron. in antiq. quidquid voluit eadē Rota in decif. 1. eod. tit. vnde cum, (vt supra dixi) sit continuum, debent in eo connumerari omnes dies, nec ha-

bēda erit ratio mensis intercalaris, iuxta terminos gl. in l. in legatis, ff. de diuers. & temp. praescript. & in l. cū bissexus, ff. de verb. sig. nec similiter obstat gl. in c. statutum de praeb. in 6. quod dies vacationis non connumeretur in termino ex reg. iuris, quod dies termini non computetur in termino, iuxta Bart. deceptum in l. 1. ff. si quis caut.

- 3 Tertia sit conclusio. Praesentationem debere fieri praesentialiter, id est sensibus corporis illius, cuius fit praesentatio, adeo quod praesentatus debeat esse personaliter coram Ordinario, nec sufficit patronum praesentantem aliquem, solum mittere instrumentum, seu scripturam praesentationis Ordinario ita, Sylua de benef. part. 3. q. 1. n. 6. Zerula praxi Episc. in verbo iure patronatus, q. 7. Rota in proprijs terminis decif. 3. de iure patronat. in nou. vnde Achilles de Grass. in dec. 12. eod. tit. tenuit, quod praesentatio tum tantummodo intelligitur, quando personaliter fit superiori, alioquin dicitur magis nominatio, quā praesentatio, vt tenuit etiā Rota in dec. 21. in nou. Fräsch. in cap. fin. §. verū in 1. notab. de iure patronat. Rocus in eiusdem nominis tractatu q. 41. circa med. Milis in repet. in verb. patronus circa principium, vnde cum in casu, de quo nos verba facimus, persona non fuit praesentata in tempore Episcopo, sed notario tantummodo nominationem recipienti, propterea fatendum est, praesentationem non conualidari si post tale tempus, accessus habeatur praesentialiter ad Episcopum, vt fuit in Rota resolutum in vna Asculana parochialis 13. Iunij 1548. coram Antonio Augusti. & ob hanc rationem praesentatio facta de clerico absente non valet secundum gloss. communiter receptam in cap. dudum in verb. praesentari de sepulch. Abbas in c. ea no scitur sub n. 3. de his, quae fiunt à prelat. Rota dec. 3. de iure patron. in nou. & ex hoc inferitur, quod aliter facta praesentatio, quā vt supra, vltra quod erit nulla, & inualida, patrono currit tempus, secundum Inn. in c. in Lateranensi, in vlt. notab. de praeb. Monald. conf. 149. n. 3. & seq. volum. fin. Rubens Alexand. confil. 93. & quod personaliter, ac praesentialiter debeat à fieri praesentatio, colligitur aperte ex Conc. Trid. sess. 24. c. 18. de reformat. & sess. 25. cap. 9. vnde dicebat Zerula loco citato quod Ordinarij debent summo opere animaduertere, vt praesentatus accedat personaliter ad eorum praesentiam. Nam in quodam Archiepiscopatu refert fuisse fictè quemdā praesentatum, & deinde institutum hominem non existentem in rerum natura, & patronus sibi viurpabat fructus beneficij singulis annis, contra decretum Conc. Trid. sess. 22. cap. 11. de reformat. & sess. 24. cap. 3. vers. patroni, & sess. 25. cap. 9. Abb. in c. cum parati col. fin. de appellat. Patet etiam aperte ratione, quia praesentatus debet prius examinari à b. Ordinario ad effectum videndi si est idoneus, secundum Panormitan. in c. pastoralis n. 7. de iure patron. Rebuff. in rubr. de collationib. §. praefatice Ordinarij in ver. praesentatione. Nec obstat, si diceretur huiusmodi formā in praesentando esse de apicibus iuris, & propterea excusare ignorantes, & rusticos, quia respondetur, quod rusticitas, vel imperitia non excusat, vt est text. in proprijs terminis in l. 1. C. de interd. mat. Neque ignorantia iuris excusat. cap. ignorantia de reg. iur. in 6. l. nec passim C. de iur. & facti ignor. cum sit lata culpa, Alex. conf. 77. col. 2. vol. 3. Riminald. Iun. conf. 484. n. 2. volum. 5. Bertrand. confil. 278. nu. 2. volum. 8. Et tanto magis ignorantia iuris non excusat, quanto quod praefatus patronus potuerit cōsulere peritiores, idque aliter non egit, secundum gloss. Alex. Iason & Dec. & alios vniformiter in l. iuris ignorantiam C. qui admitt. ad bon. possess. Angel. in l. si quis id quod ff. de iurisdic. omn. iud. Decius conf. 604. col. 2. conf. 605. & 667. n. 6. Ruin. confil. 23. volum. 1. & Viuius, qui refert decifum in decif. 254.

- 4 Quarta conclusio, quod quamuis mora purgatio de aequitate canonica admittatur, ad text. in cap. potuit de lo-

de locato. Bart. & cõmuniter alij. si infulā. ff. de verb. oblig. quod procederet etiā si actus esset iuratus, Iaf. in l. si quis maior. col. penult. C. de trāfact. & in consil. 9. n. 8. vol. 1. Gozad. consil. 66. n. 13. Goffred. consil. 41. nu. 8. Ruyñ. consil. 137. n. 9. & 10. Curt. de feud. part. 4. nu. 30. verū confirmatur hæc opinio, & fuisse decifum tellatur Verall. decif. 233. par. 2. & in beneficialibus posse Episcopum moram purgare tellatur pariter fuisse decifum Franciscus Marchus decif. 1238. part. 7.

Veruntamen in casu nostro nullo modo fateri potest, præfatum patronum potuisse moram purgare etiam vnius diei, quare licet postmodum præsentauerint præfentialiter, ac personaliter elapso die post quadrimestre, adhuc præfentatio erit nulla, & mora impurgabilis, quod patet ex pluribus.

Tum primo, quia mora non potest purgari, quando exequutio temporis est facta a iure, vel ab homine, secundum Bartol. quæst. 4. num. 19. & Alexander num. 32. in d. leg. si in infulam ff. de verb. obligat. Rubens consil. 123. Alban. consil. 69. Alciat. consil. 17. & fuisse decifum in Rota Rom. refert Verall. in decif. 134. par. 2. vnde cum post præfatum tempus quadrimestre patronis concessum ad præfentandum fiat a iure eius exequutio ad text. in d. capitul. vnicō de iure patron. in 6. & sic patrono intra tempus non præfentante; virtute facultatis ipso iure a sacris canonibus indulta, Episcopus liberè beneficium conferre potest, secundum Nauarr. in consil. 3. de iure patron. in antiq. & Sayr. decif. 3. eod. tit. conuenienter mora purgari nequit.

Tum secundo, quia mora est etiam impurgabilis, quando in actu, seu contractu adesset pactum resolutionis, secundum Alex. in l. si in infulam col. penult. num. 43. vers. de cõmotertio fallit ff. de verb. obligat. Afflicti. decif. 173. Cauale. dec. 15. part. 1. fuisse in Rota resolutum scribit Verall. in decif. 233. p. 2. vnde cum in casu nostro adesset resolutio si infra tempus non fieret præfentatio, & erit quod deuoluitur ad Episcopum liberè beneficium. Ergo.

Non obstant ea, quæ in fauorem partis aduersæ dici possent. Et primo doctrina Mascardi de probat. consil. 1223. n. 7. ubi quando præfentatio fuit recepta ab Episcopo, & non reiecta, præfinitur pro præfentatione, & sic illam factam fuisse infra tempus datum a iure, ex quo a iudice fuit admissa, & Ordinarius potest tempus præfentationis patronis a iure concessum prorogare, quia respondetur multipliciter, & primo, quod videtur tempus prædictum a iure limitatum ob publicam vtilitatem, ne diutius Ecclesia careat Rectore.

Secundo respondetur, quod cum præfatum tempus sit a iure canonico inductum, non potuit Episcopus contra ius dispensare, & consequenter licet receperit præfentationem post tempus, non censetur dispensasse ita, vt non poterit recedere ad text. in c. institut. 25. q. 2. & in cap. licet ibi, quod regulare fuit, de off. ordin. & in c. quod super his, de maior. & obediens. c. cum inferior, eod. titul. Boich. in c. a nobis, il primo, n. 3. de sent. excom. post Panorm. in c. cum dilectus n. 10. de consuetud. Calderin. consil. 5. de consil. Cardin. in clement. 1. §. fin. de reb. eccl. non alien. Alber. in 1. par. statutorū q. 6. Iafon. in l. omnes populi in 2. lect. ff. de iust. & iure Parisius consil. 27. n. 59. vol. 2. Barbat. in consil. 21. col. 7. vers. sed his non obstantibus, vol. 3. cum alijs quos deducit Duena in regula 250.

Tertio respondetur, quod ridiculosum est allegare Mascardum in hac quæstione, quia ipse loquitur, quando dubitatur an præfentatio facta fuerit in tempore, quia tunc vt actus potius valeat, quam pereat, ad text. in l. quoties ff. de reb. dub. præsumi debet præfentationem fuisse factam in tempore: sed nos sumus in claris, & minime in dubio, cum euidentissimè appareat, atque constet huc patronum præfentasse extra tempus: ergo

Aloyf. Ricc. Prax. Pars I.

nullo modo obstat doctrina Mascardi. Nec obstat etiam si diceretur, quod intermissio vnius diei sit de rebus minimis, & communiter nõ est curandum, ad text. in l. socio ff. de integr. restit. quia respondetur, de minimis quandoquidè maxime curandum esse, vt appareat ex latè deductis per Carroc. in dec. 10. & eo fortius quod, vt supra diximus, istud tempus est impurgabile.

Et eiusdem opinionis fuit, necum confabulās, eminentissimus Iuriconsultus D. Curtius Palumbus Canonici Ecclesiæ Neapolitanæ, vir quidem omnium virtutem genere, ac vitæ integritate insignis.

RESOLVT. CCCXXVII.

Qua pœna puniantur clerici blasphematores.

- 1 Pœna contra blasphemantes quamam sit.
- 2 Limita in eo, qui calore iracundiæ Deum blasphemauerit.

DE pœnis blasphemantium Deum Patrem, vel Filium, vel Spiritum sanctum, aut B. Virginem, siue alios Sanctos, & de pœnis non reuelantium vide Bullam Iulij III. 34. quæ incipit in multis, & Leonis X. Bullam 1. incip. cum primum §. ad abolendam, & Pij V. Bull. 5. cuius verba sunt, *Quicumque clericus Deum, & D.N. Iesum Christum, vel gloriosam Virginem Mariam eius genitricem, expresse blasphemauerit, pro prima vice fructibus vnius anni omnium, & quorumcumque beneficiorum suorum, pro secunda beneficijs ipsis priuetur, & pro tertia omnibus etiam dignitatibus exutus deponatur, & in exilium mittatur: quod si clericus nullum obtinuerit beneficium, pœna pecuniaria, vel corporali pro prima vice puniatur, pro secunda carceribus mancipetur, pro tertia verbaliter degradetur, & ad triemes mittatur quæ reliquos Sanctos blasphemauerit, pro qualitate blasphemæ, atque persona arbitrio Iudicis puniatur, De cuius Bullæ explicatione vide Nauarr. in cap. inter verba 11. quæst. 3. corrol. 57. num. 148. & Couarru. in c. quamuis pactum p. 1. §. 7. sub num. 10. de pactis in 6. Diaz in pract. crimin. capitul. 110. in verbo blasphemæ.*

Amplia primo, præfatum pœnam procedere necum in blasphemantem, verum etiam contra non manifestantem ipsum blasphemantem, c. si quis per capillum 22. q. 1. ibi, si quis autem talem hominem non manifestauerit, & DD. in cap. nonnulli extra de Iudeis, idem statuit Leo X. in d. consil. 11. vers. quicumque vero Bullar. fol. 194. & Iulius III. in constitut. 43. vers. Monendo tamē eos, in eod. Bullar. f. 545. vult etiam, quod quis possit secretè absque expressione sui nominis denunciare blasphemantes, & dat formam secretè denunciandi, & in dictis constitutionibus ponuntur pœnæ, quibus in statu Ecclesiastico blasphemantes puniuntur, contra quos etiam adesset d. constitutio Pij V. in eodem Bullar. fol. 926.

Amplia secundo procedere dictam pœnam etiam in eo, qui dixit, *Potra di Dio*, Vin. decif. 338. similiter *a dispetto di Dio*, Gramat. decif. 50. & in eo, qui dixit, *A dispetto di quel becco, & cornuto, & c.* io n'hò fatt' vno, Gasp. Thesaur. in dec. 78.

Nunc limita in eo, qui calore iracundiæ Deum, vel Virginem publicè blasphematur, vt debeat mitius puniri, nec habet tunc locum pœna c. 2. de maledic. secundum Archidiaconum in c. quid ergo, circa finem 23. quæst. 5. Dec. Cagnol. & reliqui l. quicquid calore iracund. ff. de regul. iur. Iafon. in l. si filiam tuā C. de inoff. testam. quibus autem circumstantijs vallatus debeat esse præfatus calor iracundiæ vide Alexand. consil. 15. ante fin. vol. 3. Afflicti. in consil. Regni blasphemantes n. 5. & 10. Cauens. super pragmat. 50. Regis Ferdinandi n. 6. Iul. Clar. in pract. crimin. q. 60. nu. 6. Foller. in pract. cen.

N in

in ver. Nicolaus Episcopus à num. 56. vsque 67. Ioan. Franciscus Ponzibius in tractat. de lamijs sub num. 86.

Limita, ac declara, quod verba illa Bullæ, pro prima vice, interpretanda sunt pro prima vice punitionis, & non blasphemiarum, etiam si clericus fuerit pro prima illa vice inquisitus, quod pluries blasphemasset, quia Bulla videtur habere respectum ad correctionem clericorum, ad quod facit tex. in cap. grave de præb. ibi, post primam, & secundam correctionem.

Quare stante statuto, siue Principis proclamationibus, quod si quis blasphemauerit Deum, vel Sanctos, pro prima vice puniatur in decem, pro secunda dupliciter, pro tertia fustigetur. Si quis eodē impetu, & eodem tempore ac eadem continuatione verborum pluries blasphemauerit, vnicum delictum erit, & pro vnicā vice puniri debet, Cæpol. in conf. 77. circa med. quem refert, & sequitur Alciat. in tract. de præsumpt. reg. 2. præsumpt. 6. n. 4. & idē tenet Conar. variat. resol. cap. 10. nu. 8. lib. 2. Plac. in epit. delict. cap. 1. num. 18. in fin. Farinac. in praxi crimin. tit. de delictis, & penis quæst. 22. num. 29. sed Phanut. in tractat. de momento temporis cap. 28. num. 16. distinguit in materia statuti, prout de iniuria, & sic si quis blasphemauerit Deum, & Sanctos vno impetu, vnicā pena tantū est puniendus, Bald. in l. duo rei §. femel num. 2. ff. de arbit. Marf. in l. si in rixa 2. l. ff. de fidei. Cæpol. & Alciat. loc. citat.

RESOLVT. CCCXXVIII.

Qua pena puniantur clerici negotiatores.

- 1 Clerici prohibentur negotiari, & referuntur tres rationes de quibus in num. 2. 3. & 4.
- 5 Limitatur hæc regula in quatuor casibus, vt in num. 6. 7. & 11.
- 8 Clericus non dicitur negotiator si vendit vinum, granum, & similia ex proprijs fundis pericula, & hæc possunt vti ab absque gabellæ solutione, vt in n. 9. Amplia nu. 10.
- 12 Clerici possunt aliquid lucrari ex artificio, dummodo sit honestum, ad quod inferuntur nonnulla, vt in numer. 13. 14. 15. 16.

Regulariter clerici prohibentur esse negotiatores, vt probatur in c. 1. & tot. tit. ne cler. vel monach. hinc voluit tex. in c. fin. de vitæ & honestat. cleric. quod clericus, qui tertio monitus à negotiationibus secularibus nō abstinet, interim perdit quoad bona priuilegium clericale, & clericū negotiatorem vt pestem fugiendum probatur in cap. negotiatorem clericum 88. distin. vnde in cap. fornicari, ead. distinc. dicitur, Antequam enim ecclesiasticus quis sit, licet ei negotiari, factō verō non licet, & in cap. eiiciens, habentur hæc verba, Quia non cognoui negotiationem, introibo in potentias Domini, Cuius prohibitionis tres possunt assignari rationes, secundum Salzed. cap. 55. in annotat. ad præf. can. crimin. Diaz.

- 2 Prima est quia finis eius lucrum est temporale, quod clerici contemnere debent, & habentes alimentata, & quibus tegantur contenti esse debent, ait D. Pul. ad Tim. cap. 6.
- 3 Secūda, quia rarissimè hæc prophane, & secularis negotiationes absque peccati labe exercētur, vnde periculosa sunt valde, ait enim Sapiens Eccl. 27. Dne species difficiles, & periculosa mihi aperuerunt, &c.
- 4 Tertia ratio est, quia huiusmodi negotia homines retrahunt à spiritualibus, quibus incumbere peculiariter est clericorum munus iuxta Diui Pauli sententiā: Nemo militans Deo, implicat se negotijs secularibus.
- 5 Limita suprapositam regulam primò non procedere in clericis constitutis in minoribus non beneficiatis, qui non prohibentur negotia secularia exercere, alias licita, ita Abb. post Hostien. & Innocēt. in c. fin. ne cler.

vel mon. Abb. in cap. 2. & in cap. sed nec eod. tit. Felin. in cap. dilectus, num. 22. de rescript. Alban. conf. 52. num. 5. & seq. pena enim suspensionis, & excommunicationis, quæ clericis prohibitas negotiationes exercētibus imponitur, procedit si in facris fuerint constituti, secus si in minoribus, & beneficia ecclesiastica non obtinuerint; quemadmodum etiam dicitur in pena peccati, de qua in c. nemo, & c. nullus 11. q. 3. ita Alber. Trocius lib. 2. de vero, & perfectio clerico, c. 52. num. 6. Ioan. à Medina in C. de reb. rest. q. 31. vers. nota tamen, f. 91. colum. 3.

6 Limita secundo si per alios negotiationes exercuerint, quia permittum eis videtur ex text. in clement. 1. de vit. & honestat. clericor. vbi clericis interdictum est officium tabernarij, aut macellarij personaliter exercere, nec enim absque causa dicitur personaliter, nisi vt intelligamus id clericis per alios facere non prohiberi, vrget etiam text. in clement. 1. §. porro de statu mon. vbi statutū est, quod monachi, quibus per seipsos venari prohibiti est, possint tamen opera aliorum facere: vnde Alberic. in l. humilem C. de incest. nuptial. dicit, clericum pro alium tabernam exercentem, non amittere priuilegium clericale. Tamen quidquid sit ex supradictis, contrariam opinionem tenet glos. in d. clement. 1. cuius opinionem veriorē esse testatur prax. Archiep. cap. 75. sub num. 6. & tenet Salfed. ad Diaz d. cap. 55. ex regula text. in c. qui per aliū de reg. iur. lib. 6. possint tamen pro honesta eorū sustentatione per alios exercere negotiationem Nauar. cap. 25. nu. 111. Molina de contractib. disput. 342. sub nu. 10. ibi quando circumstantia non adesset, quæ excusaret. Hartaman. conf. 90. Menoch. conf. 121. num. 4. & seq.

7 Limita tertio, vt nō dicatur negotiator per vnus rei emptionem, vel venditionem, nā negotiator is dicitur, qui plures negotiationes exercet, l. 1. §. licet, & ibi glos. in verb. omne ff. de tribu, & in proem. in lit. §. cum. que hoc Deo, l. semper §. Diuus Adrianus, cū l. seq. ff. de iur. immū. Bal. in l. legatis feruis ff. de l. 3. Paris de Puteo in tract. sindic. in part. officiales fol. 87. Rebuff. in tract. de mercat. minu. art. 1. glos. l. n. 10. tom. 2. conf. Franc. Dicitur etiā is mercator, vel negotiator, qui rem emit, & nō mutata forma illam vendit, vt aliquid inde lucretur, text. est in c. eiiciens, & in c. quid est aliud 88. dist. Et negotiator, vel mercator appellatur qui negotiationem quasiuariam exercet, de quo est optima lex. 1. tit. 7. q. 5. & tenet Sanctus Thom. 2. 2. q. 77. art. 4.

8 Ex quibus sequitur nō dici clericum negotiatorem, qui vendit vinum, granum, aut oleū ex proprijs fundis, ita singulariter tenet Abb. confil. 6. dubio 2. volum. 1. Dec. in cap. Ecclesia Sanctę Marię de conf. colum. penultim. imò non obstante prohibitionē de non vendendo vinum (vt nostri dicunt) ad grossum, vel minutum.

9 possunt clerici pro sua voluntate, quæ dicta sunt vendere absque gabellæ solutione, ita tenet Bertach. in tractat. de gabell. in 7. part. princip. quæst. 7. colū. 4. Nec dicitur clericus negotiator, vel mercator, licet, id quod superest de eo quod vilius ad sui, vel suorum sustentationem emit, iusto pretio tunc corrente, carius vendat, quam emit, ita Nauar. in manual. Confess. cap. 25. num. 110. vnde nec puniri potest, nec ex ea venditione gabellam soluere teneretur, vt per Salzed. ad Diaz d. cap. 55.

11 Limita quarto, nō procedere in clericis aliquid lucrantibus ex artificio, cap. numquam de consec. dist. 5. cap. clericus victum. 91. dist. Panormitan. & Imol. cap. fin. de vit. & honestat. clericor. intellige dummodo nō sint artificia inhonesta, Spec. de cleric. coniugat. n. 6. & seq. quia lucrari ex artificio licet clericis etiam, sine necessitate, Host. Anchar. Innocent. in c. secundum instituta ne cler. vel mon. Federic. de Senis cōf. 207. Clericus enim potest incumbere artificio, dummodo non se subtrahat à diuinis, & ecclesiasticis officijs glos. in c.

- 14 clericus 91. dist. quemadmodum potest locare animalia, & oues, & boues, si habet ex decimis, vel successione, aut alias sibi data, aut si habens pascua multa, emit animalia, ut illa in proprio territorio nutrire t, & postea illorum foetus, & fructus, vel cum creuerint, vel suo labore, & industria meliorata carius venderet, non autem si emit ut traderet ad incrementum, vel aliud ageret in fraudem negotiationis; quod quidem adeo est verum, quod si clericus, emat rem, non ut reuendat, sed ad sui usum, si postea propter aliquam necessitatem velit vendere, non prohibetur vendere etiam pro maiori pretio, si tantum tunc valet, & Abb. in c. 1. cleric. vel mon. faciunt notata per Bart. in l. cetera §. fin. ff. de l. & est communis omnium sententia, ut per Molin. d. disp. 342. num. 11.

RESOLVT. CCCXXIX.

Qua poena puniatur Parochus cognoscens carnaliter suam filiam spiritualement.

- 1 Qua differentia sit inter filiam spiritualement, & inter eam, cui a Parocho collatum fuit Sacramentum Penitentiae.
- 2 Pater spiritualis magis diligendus est, quam carnalis.
- 3 Eandem poenam pati debet occidens patrem spiritualement, quam qui occidit carnalem.
- 4 Filius sicuti prohibetur in ius vocare patrem carnalem, ita & spiritualement.
- 5 Pater spiritualis non potest esse testis in causa sui filij, sicuti nec pater carnalis.
- 6 Quae sit poena Sacerdotis fornicantis cum filiabus spiritualibus.

In hac quaestione respondetur distinguendo, supponendo maximum esse discrimen inter simplicem filiam spiritualement, & inter eam, cui a Parocho collatum fuerit Sacramentum Penitentiae, nam grauius est puniendus in secundo casu, quam in primo, quia tunc dicitur proprie, & verè cōtracta filiatio spiritualis, secundum glos. in cap. 1. in verb. spiritualement de cogn. spir. lib. 6. Sot. in 4. sent. dist. 42. Grass. conf. 1. de cogn. spir. Vnde recepta ad Penitentiam, dicitur filia spiritualis. Et Symmachus Papa in c. omnes 30. q. 1. sic ait, Omnes quos in Penitentia suscipimus, ita nostri sunt spirituales filij, ut & ipsi quos vel nobis suscipientibus, vel trinæ merfonis vocabulo mergentibus, vnda sacri Baptismi regenerauit, ad idem facit tex. in cap. final. eod. tit. licet per dationem praefati Sacramenti non cōtrahatur cognatio spiritualis apta ad impediendum matrimonium, c. quem poenitet de poenitent. dist. 1. Turrecrem. in rubr. 30. q. 1. num. 4. Grass. cit. loc. Henriquez conf. 19. n. 3. Hartaman. confil. 6. n. 4. Euerardus conf. 60. Limita, ut non dicatur filia spiritualis illa, quam Sacerdos semel audiuit in confessione, & non absoluit, Henriquez de Sacrament. in genere, lib. 1. cap. 14. §. 8. Vnde cum (ut supra diximus) per huiusmodi Sacramentum contrahatur cognatio, propterea maior reuerentia inter vtrumque esse debet, & propterea dicebat glos. celeberrima in cap. pitacium in verb. multo magis 30. q. 3. patrem spiritualement magis diligendū esse, quam carnalem, quam Glos. sententiam dicit singularem Barb. in l. 2. col. 7. ff. de verb. oblig. & in repet. l. cum acutissimi col. 1. 17. C. de fideicom. licet huic sit af. finis, & alia glos. in c. qui dormierit 27. q. 2. tradens afinitatem spiritualement maiorem esse, quam carnalem. Vltcrius dicit etiam alibi gl. in c. aut factam in verb. parentem de poenitent. dist. 1. non minus puniendum esse, qui interimit parentem spiritualement, quam qui carnalem, quam sequitur Alex. in addit. ad Bartol. in l. diuus, vbi Hyppol. de Marf. in fin. ff. de parricid. pro qua vide Abb. in cap. fin. col. penult. de purgat. canon. cuius opinionem in specie sequutus fuit Dec. conf. 462. col. 1. & in cap. at si clerici num. 38. de iudic.

Aloys. Ricc. Prax. Pars I.

Hinc dicit Ias. in l. generaliter in 1. col. in princip. ff. de in ius voc. quod filius prohibetur tam patrem carnalem, quam spiritualement in ius vocare absque venia, ut voluit etiā ante eum Fulgos. in l. adoptiuum, ff. eod. tit. Rom. in l. sed si has §. peto ff. eod. Bald. in c. 1. §. fin. in 4. col. de prohib. feud. alien. per Fed. & idem Bal. dixit in d. l. generaliter, quod pater spiritualis non potest esse testis in causa sui filij, quemadmodum carnalis, ut refert, ac sequitur Salycet. in l. testes idonei ff. de testibus per tex. in l. si quis alumnā in fin. C. de nupt. & alibi voluit idem Bal. in l. 1. in antepen. col. C. vnde vir. & vxor. quod quemadmodum mulier non repellitur ab accusatio pro iniuria illata personis sibi cōiunctis, ita potest accusare pro iniuria illata patri suo spirituali.

6 Quare Sacerdos, qui cum filiabus spiritualibus fornicatur, grane adulteriū committit, & olim ab omni officio deponebatur, & peregrinatio per viginti annos penitere debebat, c. si quis Sacerdos 30. q. 1. vbi pref. biter, qui cū filia spirituali fornicatus fuerit, ab omni officio deponendus est, & facit tex. in c. non debet 30. q. 1. dicēs, quod si esset Episcopus tale facinus committens, debet annos quindecim penitere. Et quod talis Parochus debeat deponi vide Panorm. in cit. c. vit. de purgat. canon. Anan. in c. cum dilectus, de accus. Fel. in cap. at si clerici num. 15. vbi Dec. n. 36. de iudic. Berm. Cho. de public. concub. rub. de incestu num. 3.

RESOLVT. CCCXXX.

De poena infligenda laicis concubinarijs.

- 1 Traditur forma infligendi poenas contra laicos concubenarios, secundum Conc. Trident.
- 2 Episcopi non possunt accipere compositionem super omnibus criminibus.
- 3 Poena pecuniaria tunc debet infligi, quando id sit correctionis zelo.

Actum tale proponitur: Episcopus quidam Regni Siciliae, cuidam laico, quem de crimine concubinatoris inquisitum habebat, probato cōcubinato, infligit poenā pecuniariā, scilicet ducatorum duorum mille, & cum pro parte eiusdem laici inquisiti instaretur coram me, ut quid de iure sentirem, scriberem, qua de re, ut ei satisfacerem, respondi prout ex infra scriptis.

1 Et primo, quod Conc. Trid. sess. 24. de Sacramento matr. c. 8. tradit formam infligendi poenas contra laicos concubenarios, & primo mandat, quod ter moneatur ab Ordinarijs etiā ex officio. Secundo, si hoc peracto non resipuerint, esse excommunicandos. Tertio, si animo indurato per annum sic steterint, pro qualitate criminis seuerè ab Ordinario puniantur. Quarto mulieres, quae publicè cum suis concubinarijs viuunt, nisi, ut supra, admonente Ordinario, paruerint, extra opidum, seu Diocesim eiciantur, inuocato ad hoc etiā, si opus erit brachio saeculari.

Et quamuis Episcopus habeat potestatem imponendi poenas pecuniarias laicis, siue clericis, ut est communis opinio, secundum Panorm. & reliquos in c. vt clericorum, nu. 10. de vit. & honest. cleric. Vgol. de potest. Episcop. c. 56. nu. 5. par. 2. Baiard. q. 80. in princ. Iaffred. Balb. in dec. 63. Cephal. conf. 30. n. 4. volum. 1. & Hartaman. conf. 21. & Peregr. de iure filii lib. 1. c. 2. Cuius conclusionis vera ratio est, quoniam hodie Episcopi de generali consuetudine habent fiscum, ut scribit Panuinus, quem refert Diaz in pract. crim. can. cap. 134. nu. 2. vbi in c. 124. in fin. dicit, hanc opinionem esse veriorē, & consuetudine roboratam, & hanc etiam opinionem esse vsu comprobata testatur Felin. in c. irrefragabili §. 1. num. 11. de offic. Ordinar. Vin. qui de cōmuni opinione testatur in opinione 255. & Clar. in q. 80. n. 5. nec Conc. Trident. sess. 24. c. 8. tollit alias poenas iuris, ut pluries declarauit Sac. Illustrissimorum.

N 2 Con-

Congregatio, & in Curia Archiepisc. Neap. fuit exulatus a Diocesi Neap. quidam laicus, qui per plures annos steterat in concubinato, ut refert Nouissimus c. 36.

Tamen in casu, de quo verba facimus non potuit praefatus Episcopus Siculus vlllo iure talem penam infligere, & hoc ex pluribus, tum primo, quia non valent Episcopi accipere compositionem super omnibus criminibus, ut fuscè tradit Paulus de Castro in conf. 348. col. fin. per tex. cum glos. in c. licet, vbi DD. extra de cens. Felin. in c. qualiter, & quando, il secundo, §. ad corrigendam n. 30. de accus. Clarus in pract. crim. §. fin. q. 85. verf. vltimus quaro, sed tunc cum crimina essent leuia, vel extraordinaria, in quibus est locus poenae arbitrarie, & dicitur crimen leue, vel graue multipliciter. Primo, quando consideratur persona, res, tempus & locus, Bal. in conf. 412. super eo quod lib. 4. in principio. Secundo, qualitas delicti, quia omnia delicta capitalia sunt graua, Bald. vbi supra in princ. verf. secundo modo. Tertio, dolus ex parte committentis delictum, quia vbi dolus, ibi grauitas delicti, Bald. qui supra verf. tertio modo, & conf. 388. si Princeps nu. 2. vbi ponit dolum, & penam tantum considerari lib. 4.

Tum secundo, quoniam eo casu infligenda est poena pecuniaria, quando id fit correctionis zelo praesertim vbi ea magis timeretur, quam corporalis, glos. in c. licet, & ibi Panormit. de panis, Foller. in pract. crimin. canon. cap. 133. n. 26. Vrsil. ad Afflict. in dec. 49. num. 3. Coler. decif. 40. & secundum Quarant. nouissime in summa Bullarum in verb. poena pecuniaria, debet adhiberi cautela, ne in illa imponenda modus excedatur, sed personarum conditio, & peccati qualitas attendantur, ut ante praecitatum voluit Hostiens. in §. quid pertinet de offic. Ordin. in sum.

Quare cum in casu, de quo loquimur, haec omnia deficiant, cum poena inflicta videatur, non zelo correctionis, sed potius cupiditate lucri, prout apparet ex enormissimo excessu in quantitate pecuniae, scilicet duorum mille ducatorum, propterea fatendum est praefatam poenam impositionem omnino reuocandam esse, poena enim pecuniaria tunc tantummodo infligenda est, cum illa imponitur pro corrigendis peccatis, & per consequens ne illa in posterum amplius committantur, secundum Gramm. voto 7. & Graff. de arbit. Conf. lib. 2. c. 9. praesertim quoad eos, quorum vita probabiliter non speratur corrigenda, facit text. in c. prodest 23. quaest. 5. & 24. q. 1. cap. legatum, ut videtur esse is, qui assidue peccat l. 3. in fi. C. de Episc. audien. cum nec Deus assidue peccati de facili misereatur, c. diaconi sunt in fin. dist. 93. vbi glos. dicit, assidue id est iterato, quia vulnus iteratum tardius sanatur, cap. inanis de poenitent. dist. 3.

Iis accedat, quod cum Sac. Conc. Trid. loco citato formam induxerit procedendi contra concubinos, ut scilicet primo ter moneantur, secundo excommunicentur, tertio pro eius arbitrio seuerè puniatur, igitur haec forma seruari debet, forma enim est, quae dat esse, & spiritum rei, l. Iulianus §. si quis ff. ad exhibend. & in c. 1. de consec. eccl. Inn. in rub. huius tit. Ioan. de Amicis conf. 145. num. 5. Barb. conf. 13. vol. 3. Simon de Pretis conf. 181. vol. 1. Caphalus conf. 610. nu. 38. vol. 4. Mantua conf. 108. num. 31. & forma est indiuidua, ut per Ruin. & alios in l. 1. §. qui praesens ff. de verb. oblig. Caphal. conf. 480. nu. 33. vol. 4. nec ei aliquid addi, vel detrahi potest, secundum Laurentium de Pinu conf. 151. n. 9. & ipsa aequè non seruata, actus redditur nullus, Riminald. conf. 136. vol. 3. neque adimpleri potest per aequipollens, secundum glos. in clem. 1. de vita, & honestate cler. Paris. conf. 97. n. 13. vol. 4. & Vin. latissime decif. 334. 335. & 336. quare cum praefatus Episcopus formam hanc minime seruauerit, cum post trinam monitionem processerit immediate ad impositionem poenae pecuniariae, merito debet censeri nulla, ob inobseruationem formae arg. dec. Afflict. 358.

Non obstat, si in eius fauorem diceretur, quod arbitrio Episcopi remittatur facultas infligendi penas concubinarijs, quia responderetur, quod debet intelligi, ut sit regulatum, prout de iure, secundum Bart. in extrauag. ad reprimendum, num. 8. Paris. confil. 56. nu. 3. volum. 1. & conf. 8. nu. 21. volum. 4. Soccin. Iun. confil. 41. nu. 16. vol. 2. Afflict. dec. 321. Pet. de Beninten. Rot. Bononiens. decif. 31. Rota decif. 348. num. 4. part. 1. diuers. in nouiss. Rot. Rom. Paleott. in decif. 641. num. 1. part. 3. de Graff. in dec. 7. & 8. de iudic. & fuit pluries in Rot. resolutum, praesertim in vna Tolet. pecuniaria 13. April. 1587. coram Illustriss. Pamphilio, & in vna Rannennaten. transactionis 19. Ianuarij 1594.

RESOLVT. CCCXXXI.

Qua poena puniatur retentus in domo sub fideiussione de non discedendo, si discesserit, & die sequenti redierit.

- 1 Carceratus dicitur etiam, qui stat in aliquo loco, ita quod ab eo recedere non possit.
- 2 Habilitatus sub cautione, dicitur quoque carceratus.
- 3 Recedens à carceribus, & statim rediens, non dicitur fugere.

SVpponatur in facto, quod quidam fuisset non in carceribus ordinarijs Curiae Archiep. detentus, verum in camera *volgarmente detta la camera del Carceriero*; cum fideiussione de non discedendo ab ea, quare cum discessisset, & postea die sequenti reuersus fuisset, dubitatum fuit an poena exigi possit contra fideiussorem, & videbatur prima facie dicendum, quod sic, ex pluribus, tum primo, quia talis dicitur verè, & proprie carceratus, taliter, quod per eius recedum cesset fregisse carceres, & confessus fuisset delictum, sicut ille, qui est in compedibus, vel in carceribus, ut communiter voluerunt DD. in l. qui in carcere ff. quod metus cau. nā qui non potest de loco exire, parum differt à captiuitate, qui videtur spoliatus sua libertate, secundum gl. receptam in c. de raptoribus 36. quaest. 1. & ita dicebat Inn. in cap. nuper de sentent. excommun. quod omnis ille dicitur carceratus, cui locus pro carcere assignatur, ita quod illi locum exire non possit impunè, & ire quò vult, què sequitur Catald. in conf. 56. n. 4. & 5. vol. 1. consiliorum crim. Angelus in tract. de malef. in verbo qui iudex num. 16. dicens ex sententia Bartol. in l. 2. C. de exhib. reis, quod omnis locus assignatus alicui pro carcere, sit carcer. & Ang. in l. 1. C. de priuation. carc. dicit, quod etiam ille, qui detinetur in via, & recedere de illo loco non potest, diceretur in carceribus, & talis detinens illo modo incideret in poenam de priuationis carceribus, & Bertaz. in conf. 35. nu. 3. & ibi Apostilla sub lit. A. vol. 1. consil. criminalium dicit, quod si quis detinetur in aliquo carcere, palatio, & ciuitate, ita dicitur fregisse carceres, si aufugit, sicut si esset in carceribus, quia ille locus est subrogatus loco carceris, & sequitur Betins conf. 44. num. 36. vbi alios allegat, & quando est assignata ciuitas, vel castrum, aut territorium alicui pro carceribus, sub praeepto poenali cum fideiussione de soluendo penam in casu contrauentionis dicitur sub arresto ille talis positus, & sic carceratus, ideo si decedit, & aufugit, dicitur ita carcerè fregisse, sicut si esset in proprio carcere, & habetur pro cōfesso, Gram. cōf. 57. n. 4. in criminalibus, sequitur Apostilla Bertaz. in dicto conf. 35. in lit. A. Menoch. de arb. iud. lib. 2. cent. 4. casu 301. n. 9. & 10. & quod ille, cui fuit assignata ciuitas pro carcere, sub praeepto sine custodia, dicatur carceratus, & proprie si non est ita stricte, prout quando est in compedibus, & in aliquo arcto carcere, est text. in l. succurritur ff. ex quib. cau. maior. vbi dicitur, quod qui aliquo modo stringitur, ut euadere non possit, dicitur carceratus, sed arrestatus in ciuitate, dicitur aliquo

PRAXIS BENEFICIALIS.

RESOLVT. CCCXXXIII.

An Episcopus possit constituere nouas dignitates in Ecclesia cathedrali absque autoritate Apostolica.

- 1 Collatio dignitatum spectat ad Summum Pontificem.
- 2 Olim poterat Episcopus constituere horas canonicas, & veteres extinguere.



Vbi mihi faciebat pro opinione, negatiua, quod collatio dignitatum quæ sunt prima post Pontificalem, spectat ad Papam secundum gloss. in c. deliberatione in verb. election. de offic. delegati, Staphil. de lit. grat. f. 8. num. 9. igitur ad Papam debet spectare earum creatio.

Ceterum præfatis non obstantibus animaduertendum est, in hac quæst. duas reperiri opiniones: prima est Innocent. referentis gloss. in cap. cum olim in verb. concessimus de mansuetudine, & Sylua 1. part. quæst. 4. num. 18. & 4. quæst. 7. num. 20. casu 116. vbi dicit quod sic, quod confirmat ex Bert. in tractat. de Episcop. 2. part. lib. 4. & ex Speculatore in tit. de dispensation. vers. 107. Secunda opinio est gloss. in d. cap. citat. immo text. ibi, & in cap. cum accessissent eod. tit. gloss. in cap. 1. in verb. omnes 22. distinct. & Sylua 2. part. quæst. 3. num. 6. vers. 8. & etiam gloss. in clementin. fin. in verb. mensa sua, de rebus Eccles. non alien. vbi habetur, quod non, imo plus dicit ex mente Hostiensis in dict. cap. cum accessissent, quod dignitas non confirmata per Papam tolli potest de Ecclesia Cathedrali per cap. ipsius Abb. in dicta clementin. num. 12. & in cap. transmissa, num. 5. de verbor. significat. Zerola in praxi Episcopali. part. 1. in ver. Beneficia sub vers. ad dignitates assequendas, censet cum secunda opinione, referens sic se habuisse in facto, ac sic responsum fuisse ab vrbe, & quod dictum est de nouis constituendis, idem in veteribus extinguendis per dicta Iura, & gloss. Hostiens. in summa tit. de constitutionibus §. quando constitutio nu. 20. vers. cum quæritur dicit, quod sic, & Innocent. in cap. cum accessissent eodem tit. n. 2. vers. item Episcopus dicit, quod sic, & ita posse praticari, ac ita se audiuisse praticari ab Episcopo Stabienfi, siue Castri ad mare prefert Zerola in d. praxi Episcopali.

- 2 Ad hæc nota, quod licet per text. in c. final. & ibi gloss. in verb. excreuisse de verborum significatione non poterat Episcopus constituere nouos canonicos, & veteres extinguere absque Sedis, Apostolicæ facultate, hodie tamen per Concil. Tridentin. sess. 24. c. 15. de reformat. potest Episcopus cum consensu capituli propter tenuitatem introitum, prout ibi, & a contrario sensu etiam nouos constituere, Innocent. vbi supra Caputaq. decis. 221. part. 1. vide Boeriu decis. 62. nu. 7. & cap. ex parte de concessione prebend. Sylua. 4. p. q. 7. n. 26. vers. 115. & in creatione nouorum canonicorum quomodo sit procedendum, vide de Franchis decis. 2. num. 18. & 19.

RESOLVT. CCCXXXIV.

An in constitutione Beneficij requiratur consensus Episcopi.

- 1 Constitutio beneficij requirit consensum Episcopi.
- 2 De natura beneficij est, ut sit perpetuum.

N 3 Be-

aliquo modo districtus, ex quo ad libitum abire non potest. His accedat, quod voluit Guid. Pap. in dec. 253. vbi habilitatus cum cautione de non discedendo a palatio, dicitur etiam carceratus allegat gl. in l. necnon §. 1. ff. ex quib. cau. maior. conf. Anna 140. vol. 2. n. 11.

Ceterum præfatis minime obstantibus contrarium dixi, scilicet minime posse exigi penam contra fideiussorem. Mouebat ex doctrina Carrerij in practica criminali, §. 3. n. 20. vbi expressè tenet in presenti casu non esse ruptam fideiussionem, nec fideiussorē ad penam aliquam obligari, & ita testatur habuisse de facto Farinac. in tit. de carceribus, & car. q. 30. nu. 77. quod sequitur Herculan. in tract. de caut. de non offend. c. 50. num. 17. huic accedat, quod Roman. conf. 193. consultus, respondit pluribus subtilibus rationib. ad fauorem cuiusdam fideiussoris, qui promiserat, quod debitor ex Curia non discessisset, donec debitum soluisset qui discessit, sed statim reuersus fuit, & dicit Roman. fideiussorem non posse conueniri, & sequitur Suar. in tract. de fideiussor. in causa crim. nu. 32. in fin. Olasc. decis. 50. n. 1.

- 3 Tandem facit, quod recedens a carceribus, non dicitur recessisse animo fugiendi, sed reuertendi, si citò reuersus est Alex. ad Barrol. in l. 1. §. qui expilatores, litera F. ff. de effract. Boer. dec. 215. nu. 17. & 18. Mascard. concl. 266. n. 22. Farinac. cit. q. 30. num. 139. & Oliuerius conf. 4. n. 25. vol. 2.

RESOLVT. CCCXXXII.

Per quem puniantur offendentes Birruarios alterius Curie.

- 1 Per offensionem iurisdictionis inducitur eius prorogatio.
- 2 Ratione offensa iurisdictionis iudex incompetens efficitur competens.
- 3 Limita quando iurisdictiones sunt distinctæ.
- 4 Clericus deponens falsum coram iudice laico remittitur.

IN facti contingentia dixi penam infligendam esse, per iudicem Birruario, quibus illata fuerat offensio, non autem per iudicem illius, qui intulit offensionem, & ratio est quia propter offensionem illius iurisdictionis inducitur ipsius prorogatio secundum Castrenf. l. addictos C. de Episcopali audientia per illum tex. qui loquitur in specie quando offenditur familia iudicis exequens suum officium.

- 2 Facit ad idem tex. in l. nullum C. de testibus, vbi habetur, quod ratione offensa iurisdictionis, qui alias non est competens iudex efficitur competens, & ita de Franch. in dec. 147.
- 3 Limita tamen vbi iurisdictiones essent distinctæ, veluti civilis, & criminalis, ut est in Magna Curia, quia si testis falsum deponit coram iudice civili remittitur ad iudicem criminalem, de Franc. loco cit. ex Bartol. in l. si quis obrepserit, & in l. diuus ff. de falsis, Paris. de Puteo de sindicatu in verbo notorium col. 2. vnde Capyc. in decis. 122. voluit, quod quando iurisdictiones sunt distinctæ per clausulam abdicatiuam, non procedit tex. in l. nullum, quia secundum eum d. clausula inducit separationem iurisdictionis.
- 4 Vnde si clericus deponit falsum coram iudice laico, cognitio non erit iudicis laici, sed ecclesiastici, & ita limitatur rex. in d. l. nullum Afflic. in dec. 230. vbi Vrsill. Cappell. Tholos. in dec. 179. Capyc. in dec. 5. n. 13. de Franchis in dec. 417. Anna sing. 135.

Finis tituli Praxis de Panis.

Aloyf. Ricc. Prax. Pars I.